CONSTITVTIONES EDITAE IN DIOECESANA SYNODO SORANA

A Per. Illustri, & R.mo Domino,

HIERONYMO IOANNELLIO,

IVRISCONSVLTO ROMANO,

Et olim in Patrio Gymnasio Iuris Caesarei Primario Professore nunc uero

EPISCOPO SORANO.



SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE apud Iacobum Mascardum MDCXIV

Ughellus in Episc: Lunensi Tom. I. Italiae Sacrae num. 82. 1.ma et LXI. 2.a Edit. = Stephanus Joannellus Romanus [illegible] est anno 1609. postrema die mensis Augusti. Hic bonus, piusque Pastor Cathedralis [illegible] Sacrarium construxit, sacraque suppellectile locupletavit. corpus SS. Donati et Juliani Martyris transtulit solemni pompa. Seminarium a fundamentis aedificavit, Synodum celebravit et Constitutiones saluberrimas edidit, omnibus carus [illegible] [illegible], defunctus est an. 1632. mense Julio. # De eo consule Barelli in Memoriis PP. Barnabit. t. I. pag. 632, et [illegible] Bosius in Bibliotheca Roman: vol. I. pag. 70 [illegible]



IERONYMVS
OANNELLIVS
ROMANVS
Dei, & Apostolicæ Sedis gratia
ISCOPVS SORANVS [1]
NIVERSO CLERO NOSTRO
Salutem in Domino. [3]

SACRI Concilij Tridentini decreta [4] exequi cupientes, absoluta totius Diœcesis nostræ (vt Episcopale munus exigebat) [5] Visitatione Synodum Diœ-am (diuina auxiliante gratia) primam habui- in qua nonnulla ad optimos mores informan Deiq. cultum amplificandum, extirpanda vi-alas assuetudines euellendas vtiliter, vt spera- decreuimus; collegimus demum non pauca, d stabiliendam gregis nostræ curæ concredi-utem, & incolumitatem omniumq. fælicita- promouendam; conducere iudicauimus. [6] m illud reliquum videbatur, vt modus ali-excogitaretur, quo benè, & vtiliter cogitata ixim, & vsum facilè deuenirent, & ex noxiæ

† 2 obli-

1 Sedes Soranæ Romano tantum Pōtifici subest, vt in lib. cēsuū qui conseruatur in Vaticana Bibliotheca. Card. Baron. Soranus in ann ad Martyr. 22. Ianuarij littera G de ipsa Ciuitate vide eūdē Card die 27. Maij, littera D. & in 10 to. Ann. vbi agit de S Dominico Abbate.

2 Quo modo probetur clericatus vide Rotam coram Comitulo Episc. Perusino in decis. impressa in vol. cons. Farin. dec. 67. de habitu & tonsura Clericorum, vide Concil. Triden. sess. 23. cap 6 Boer. dec. 69. qui ponit const. Leonis X. vi de inf. tit. de vita & Hon. Cler. d. 6. p. 1. & par. 3. edicto 1. Sunt exempti ab omni iurisdictione sæculari de iure diuino per al leg. in tract. de immu. Eccl. p. 1. quem breui, Deo fauente, æditurus sum.

3 Litteræ Episc. an & quando plene probēt, vide gl. in c. post cessionē. ver. litteras, de probat. vide etiā infra, 3. p. in forma collat. benef. nu. 7.

4 Sess. 24. cap. 2. sess. 25. cap. 2. 4. & 10. Conc. Tarrac. cap. 8. Conc. Agath. cap. 71.

5 C. Trid. sess. 24, cap. 3. Conc. Tolet. 4. cap. 35. c. decernimus. c. si Episcopus, vbi Archid. & off. Ord. lib 6. Mar. Soc. in tract. de Visit. q. 4. princ. ver. duodecimo quæro.

6 Extant resolutiones S. C. Episcopū in Synodo Diœcesana posse constitutiones facere absque consensu approbatione Cleri, debere tamen cū exquirere consilium Capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in quibusdā casibus à Iure expressis, tex. est in c. si quis, de ma. & obed. vbi gl. Abb. c. 2. de const. in 6. vbi gl Gem. & alii c. 1. de cons. d. 3. Inn. Host. & Io. And. in c. 1. de loc. & ibi gl. ideo nos in pluribus sessionibus nostrū Capitulū conuocauimus, ac postea summa vnanimi omniū consensu Synodum perfecimus, in qua trecenti ferè Clerici interfuerunt.

obliuionis flexuosis verticibus absorberetur, obuersabatur animo non maiorem afferre vtilitatem in arca legem, quàm gladium in vagina, frustraq; decreta condi quæ semper sint condita, in mentem igitur venit, operæpretium futurum, si facilem in ordinē digesta mandarentur typis, quorúm opera videmus inueterata iuuenescere, & quę diù in obliuionis tenebris, tamquā in sepulcro iacebant mortua, reuiuiscere, & redire in omnium oculos, & lucem: Arripuimus libēter eam cogitationem. Siquidem præter alia, nec pauca commoda, molestum vobis describendi laborem non minui solùm, sed omninò tolli animaduertebamus, atque id effici potissimùm, quod maximè optauimus, vt tàm vtilia instituta quotidie perlegendo, ac tenendo manibus, memoriæ, & pectori adhærescant; qui quoniam vnus est nobis finis in hoc libello conficiendo, ædendoq. propositus vobis, & quem pascitis, gregi apprimè necessarius, primùm à Deo immortali bonorum omnium consiliorum, auctore petimus, [7] vt eam vobis mentem inijciat ad exequendum, [8] quæ nos, ad decernendum induxit, deindè pro summa vestra in Deum, & in proximos Charitate, rogamus vos, quàm studiosè possumus, vt hæc decreta assiduè, & diligenter euoluatis, vt cum è manibus deponuntur, pectore foueatis; speramus enim fore, vt vobis exemplo sint, regendarum animarum, [9] & vos ita instructi, virtutum omnium omnibus exemplar sitis. [10] Valete in Domino.

7 Iac. cap. 1. Concil. Triden. sess. 6. can. 3. Nau. in Man. cap. 27. nu. 290.


8 Quando leges humanæ tám sæculares, quàm Ecclesiasticæ obligent ad mortale. vide S. Tho. 1. 2 q. 69. ar. 5. Card. Caiet 2, 2. q. 186. art. 9. col. 4. Henr. de synodo Episcop. 3. par. art. 1. nu. 270. Nau. in Man. cap. 23. nu 48.

9 De essentia, & dignitate animæ vide Nau. in Man. in præludio 1.

10 2. Corinth. 6. ibi nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum, sed in omnibus exhibeant se vt ministri Dei, & cap 2. ibi Christi bonus odor sumus. Concil. Trident. sess. 14. in prohemio de reform. è contrario de scandalo vide Nauarr. in Man. cap. 14. nu. 44.

INDEX TITVLORVM.

PARS PRIMA.



De


PARS SECVNDA.

PARS TERTIA.

Forma

Forma

FINIS INDICIS CAPITVM.



Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. M. S. Pal. Ap.

Cæsar Fidelis Vicesg.

Ego Fr. Antonius Zanobius Balleonius de Florentia S. Theol. Magister, Procurator Generalis Ord. Fratrum Seruorum, ex commissione Reuerendiss. P. F. Ludouici Ystella Mag. Sacri Palatii Apostol. vidi hanc Diœcesanam Synodum cum suis constitutionibus Perillustris, & Reuerendiss. D. Hieronymi Ioannellij Romani dignissimi Episcopi Sorani, in qua nihil deprehendere potui, quod sanctæ Fidei, aut bonis moribus repugnet, immo opus satis vtile, non solùm pro obseruantia, & regimine suorum subditorum, verùm etiam cuiuscumque Prælati fore censeo si typis mandetur, quippe qui nihil statuat, quod auctoritate non confirmet. Et me subscripsi hac die 16. Iunij 1614.

Idem qui supra F. Antonius Zanobius manu propria.

Imprimatur.

F. Thomas Pallauicinus Mag. & Reuerendiss. P. F. Ludouici Ystella S. Pal. Apost. Mag. socius. Ord. Præd.

EDICTVM INDICTIONIS DIOECESANÆ SYNODI SORANAE

HIERONYMVS IOANNELLIVS *Dei, & Apostolicæ Sedis gratia* EPISCOPVS SORANVS.



CVM Sacrosancta Tridentina Synodo [1] sancitum, & decretum sit, vt Diœcesanæ Synodi conuocarentur, quibus Ecclesiarum Pastores deprauatis subditorum moribus, & commissæ sibi Plebis excessibus dignè mederentur, ac prouiderent. [2] Ideo nos eo Pastoralis officij spiritu excitati; Absoluta vniuersæ Diœcesis nostræ visitatione his nostris litteris ipsam Synodum [3] ad diem vigesimã Octobris [4] proximè sequentis (Deo fauente) celebrandam indicimus, ac denunciamus. Quamobrem vniuersos, & singulos, qui in nostra hac Sorana Ciuitate, & Diœcési beneficia [5] quæuis Ecclesiastica etiam, quæ sine vlla cura sunt, obtinent [6] quique sacris ordinibus initiati sunt. [7] Eos prætereà omnes cum sæculares, tùm regulares [8] Clericos, qui quouis iure, aut consuetudine [9] nostræ Synodo Diœcesanæ interesse debent monemus in Domino, eisdemq. omnibus, & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, [10] ac sub pœna suspensionis, ipso facto, incurrenda, [11] & alijs iuxta sacrorum Canonum decreta [12] iubemus, vt ipsi cum Clericali habitu. talari, tonsura. [13] Superpelliceis

A etiam

1 sess.24. cap.2 in fi.
2 cap. annis singulis, ver. discutiat. 18.d.c. quoniam quidem., c. peruenit.ead.d.Henr. Boctius in tract. de Synodo Episc.p.3.n.4
3 Græcè, Latinè verò cõuentus, siue cœtus, aut Cõcilium.c. 1.15.d. Abb. c.Otius Episcopus not.4.de elect. & in c.conquęrentẽ.n.2. de off.ord.Card.de Turrecrem. d. c.1. §. Synodus, & in sum.de Eccl.Dei. lib.4.c. 2.
4 Non est tẽpus præfinitum à iure, quando Synodus debet celebrari. Henr. in alleg. tract.par.1.nu.49.
5 Conc. Trid.d.c.2.in fine.
6 Abb. in c. quod super his.not.1. de maior.& obed. Innoc.& Io. Andr. in c. graue. de pręb.Henr.d.tract. par. 2. n.18.& 20.
7 Quando agitur de reformatione, & correctione morũ omnes Clerici debẽt venire. Io.And.& Card. Zab. d.cap.graue.S.Carol. syn.4.dec.45.
8 Vt si inseruirẽt Ecc. Parrochiali.c.de Monachis.17.q.1.Archid. cap. Abbates. 18.q.2. Card. in c.Episcopus, il 2.18.q.1.Card.Zab. in Clem. fin.de celeb. miss.glo.ibi.& in c.3. 16.q.1.
9 Host.in summ. de off.ordin. §.quid pertinet.Henr.p.2. n.37.
10 Inducunt hæc verba peccatum mortale Io. Maior. in 4. sen.d.15. q.4. S.Antonin. in sum.par.1. tit.18.c.vnic.§.2.
11 cap. fi.18. d.d.c.quod super his. 12 Henr. d.p.2.n.49. 13 Vide in edicto de hab. Cler.

etiam mundis, ac parati ad sacram communionem [14] prædicta die summo manè ad Diœcesanam Synodum, quàm in nostra Cathedrali Ecclesia [15] celebrabimus, conueniant; idquè non alij eorum nomine, [16] sed ipsimet nisi legitima causa [17] quam probare debent [18] impediti sint [19] præstent. Indè autem cum conuenerint, ne cuiquam, nisi impetrata à nobis scripto facultate discedere liceat. [20] vt Dei ope, atque auxilio ea decernantur, quæ ad animarum salutem, [21] & diuini cultus incrementum, [22] Cleriq. disciplinam [23] pertinere iudicabimus, eos autem, quibus cura imminet animarum, durante hoc absentiæ tempore, vt alicui probo Sacerdoti eorum Ecclesias commendatas [24] relinquant, monemus. Volumus etiam, ac mandamus, quod in nostra Cathedrali ecclesia omnibus diebus Dominicis recitentur Litaniæ, ac qualibet feria 5. in singulas hebdomadas, antequam detur principium Synodo, dicatur Missa de Spiritu sancto, [25] quod etiam in omnibus Ecclesijs Parrochialibus Ciuitatis, & Diœcesis obseruari debeat, quibus à Deo impetretur auxilium pro optimo synodalium constitutionum euentu, Curatorumq. officium sit præcedenti die Dominica Parrochialis suæ Ecclesiæ homines docere, quàm sanctum, salutareq. sit synodalis Diœcesanæ actionis institutum. [26] In quorum fidem has litteras nostra, Cancellarijq. nostri manu signatas confici, sigilloq. nostro muniri, Cathedralisq. nostræ Ecclesiæ valuis affigi, iussimus, earum copijs manu dicti Cancellarij subscriptis, & sigilli nostri impressione etiam munitis in valuis Ecclesiarum S. Archangeli Terræ Arpini, S.Simeonis Terræ Alberi, & S.Ioannis Terræ Ciuitellæ, similiter affixis, quam affixionem [27] habere eam vim volumus, ac si personaliter singulis intimatæ essent. Datum Soræ in nostro Episcopali Palatio die 21. Septemb. 1611.

Hieronymus Episcopus Soranus.

Clericus Leonardus Gallus Canc.

14 S. Carolus syn. 4. dec. 45.

15 Io. And. & Gem. in c. decet, in princ. de Imm. Eccl. lib. 6.

16 Abb. & alij in c. si. de his quæ fiunt à Præl. sine cons. Capit.

17 Henr. loc. cit. p. 2. n. 57. enumerat causas

18 Causæ probantur per vnũ testẽ, & quandoque per iuramentũ glos. & Card. de Turrecr. in c. placuit. 18. d.

19 Excusatio potest fieri per Nũcios cum literis impeditorũ. c. prudẽtiam, in prin. de off. deleg. gl. & Abb. in c. bonæ, il 1. de elect. gl. cap. cupiẽtes. ver. propositam. eod. tit. in 6. & si Nuncius nõ potest reperiri, sufficiunt litteræ. Card. Alex. d. c. placuit. not. 3.

20 c. rursus 11. q. 3. c. si quis autẽ. 18. d. Bar. & Alex. in l. aut facta. §. Iulian⁹. ff. de dã. inf.

21 S. Th. 2. 2. q. 184. ar. 6. vers. ad 2. Card. de Turrecr. in sum. 17. d. vers. ad 4.

22 Card. de Turrecr. in c. ordinationes. 1. q. 1. & in c. quæcumque. 10. q. 1.

23 Idẽ Card. in sum. 18. d. Io. Gherzon in 2. par. infer. habito in Conc. Rhem. in Dom. 2. post Pascha, incipit, Pastor bonus.

24 Abb. d. c. super his Card. Zabar. in c. in his de priuil.

25 S. Carol. de off or. c. 47. & syn. 4. dec. 45.

26 S. Carol. d. decr. 45.

27 Clem. causam. de elect. Vant. de null. ex defec. cit. n. 121. Maranta in praxi in ver. rectè concipiatur citatio n. 91. & nota, quod per citationem per ædictum potest quis excommunicari add. ad Dec. Rot. 5. de rescr. in no Aegid. dec. 188. tu vide Rotam dec. 1. in nou. tit. de ferijs add. ad Ritum 17. Cur. Archiep. n. 6.

CONSTITVTIONES SYNODALES

Habitæ


IN ECCLESIA CATHEDRALI SORANA

Die XX. Octobris MDCXI.

In Nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

PARS PRIMA. TITVLVS I.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.



NTE omnia statuimus, & decernimus, præmittendam esse confessionem fidei, Patrum exempla in hoc secuti, qui in eorum Concilijs hoc scutum in principio suarum actionem apponere consueuere. [1] Quare illam in primis fidei formam præscribendam duximus, quam olim Sacri Concilij Nicæni Patres ab omnibus Christianis credendam præceperunt; [2] & fœlicis recordationis Pius IV. [3] omnibus fidelibus præponendam declarauit, tamquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Christi profitentur, necessariò conueniunt, [4] ac firmamentum, præter quod teste Apostolo: [5] Nemo potest aliud ponere [6] contra quod Inferni portæ numquam præualebunt, [7] cuius sanæ fidei, professionisq. modum, & tenorem, nequisquam imposterùm subditorum nostrorum ignoret in principio huius nostræ Synodi inserendum curauimus, videlicet.

1 Conc. Nic. 1. sub S. Silu. Constan. 6. ar. 17. Conc. Magunt. cap. 1. Conc. Trid. sess. 3.
2 Conc. Nicæn. 1.
3 Pius IV. ann. 1564. id. Nouembris. incip. iniunctum.
4 Conc. Trid. d. sess. 3.
5 Ad Corinth. 3.
6 Clem. 1. de summ. Trinit.
7 Matth. 16. c. in nouo. 21. dist.

Credo in vnum Deum. Patrem Omnipotentem, Factorem Cæli, & Terræ: visibiliũ omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natũ antè omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero. Genitum non factum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutẽ descendit de Cęlis. Et Incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundùm scripturas. Et ascendit in Cælum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cũ gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre Filioquè procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas insuper, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq. eiusdem obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector.

Item Sacram Scripturam iuxtà eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est, iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum admitto, nec eam vnquam, nisi iuxtà vnanimem consensum Patrum accipio, & interpretabor.

Profiteor quoquè, septem esse verè, & propriè Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo D. N. instituta, atquè ad salutem humani generis, licèt non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illa, quæ gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verũ, proprium, ac propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis, atquè in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, & realiter, & substantialiter Corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate D.N. Iesu Christi, fieriq. conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.

Fateor etiam sub altera tantùm specie totum, atquè integrum Christum, verumq. sacramentum sumi.

Constanter teneo, Purgatorium esse, animasq. ibi detentas fidelium suffragijs iuuari.

Similiter & Sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse, eosq. orationes Deo pro nobis offerre, atquè eorum reliquias venerandas esse.

Firmissimè assero, Imagines Christi, & Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum, habendas, & retinendas esse, atquè eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq. vsum Christiano Populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco, Romanoq. Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro.

Cætera item omnia à sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter reci-

pio,

pio, atque profiteor, ſimulq. contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, reiectas, & anathematizatas ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extrà quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo eandem integram, & inuiolatam vſquè ad extremum vitæ ſpatium conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantùm in me erit, curaturum.

DECRETVM II.

EXplicata Fidei Catholicæ profeſſione, videndum eſt de ijs, qui illam publicè profiteri debent.

Conc.Trid.ſeſs.24. c. 12. de refor. Conſt.Pij IV. anno 1564. incip. Iniunctũ. Nauar.conſ. 8. de iureiuran.

Prouiſi de beneficijs quibuſcumque, curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ poſſeſſionis adminùs intra duos menſes in manibus noſtris, vel nobis impeditis, coràm noſtro Generali Vicario profeſſionem fidei emittere, iuxtà ſupraſcriptam formulam.

DECRETVM III.

PRouiſi autem de Canonicatibus, & dignitatibus in Eccleſia Cathedrali non ſolùm coràm nobis, ſeu noſtro Vicario; ſed etiam in Capitulo idem facere teneantur intrà ſupradictum tempus, alioquin fructus ſuos non faciant, nec illis poſſeſſio ſuffragetur.

Concil.Trid. loc. cit. etiãſi Canonici eſſent exempti. Nau.conſ.9. de iureiur.

DECRETVM IIII.

Conc.Trid. ſeſs.25.c. 2. in fin. Conſt.Pij IV. de qua ſupra.

DOcentes etiam litteras publicè, vel priuatim domi ſuæ, vel alienæ, etiamſi Pedagogi ſint, vel gratis doceant, eandem profeſſionem coràm nobis, vel Vicario noſtro, antequàm ad docendum accedant, facere debeant, initio cuiuſlibet anni, præcedente informatione ſuper vita, & moribus. Qui verò huic decreto

to non obtemperauerint, seuerè arbitrio nostro punientur.

DECRETVM V.

VT autem id faciliùs, ac meliùs effici, possit, studiosè inquirant Parochi, quinam in suis Parochijs eo docendi munere funguntur, & eorum nomina ad nos singulo quoquè anno circà festum Natiuitatis D. N. Iesu Christi, deferant, teneaturq. Cancellarius Curiæ Episcopalis in aliquem certum librum, qui in Episcopali Archiuio asseruetur, annotare omnes, qui professionem fidei in futurum præstabunt.

S.Carolus tom. 1. hoc ipso tit. cap. 3.

DECRETVM VI.

NEmini Regulari in Ecclesijs quæ non sunt sui ordinis [1] concionari liceat, antequam coram nobis, vel Vicario nostro eandem fidei professionem iuxta præscriptam formulam præstiterit, nisi probet scripto testimonio atque obsignato se illam alias in nostra diœcesi præstitisse. [2]

1 S. Carolus tit. de sum. Trin. cap. 10.

2 Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de reform. & sess. 24. cap. 4.

TITVLVS II.
De Constitutionibus.

DECRETVM PRIMVM.



VONIAM diuersæ Constitutiones synodales in hac Diœcesi à nostris Prædecessoribus factæ circumferuntur, quæ in vnum nondum collectæ reperiũtur, ideo vt etiam animarum saluti insimul, & quieti consulamus; omnes, & quascumque Constitutiones æditas cum censuris, & alijs pœnis in illis appositis, præter eas, quas inferiùs in proprijs titulis inseremus, abrogamus, & abolemus, ac pro abrogatis, & abolitis haberi volumus, & mandamus, ità vt in futurum constitutiones sequentes obligent, & iuxtà illarum seriem pariter, & tenorem iudicari debeat.

DE-

DECRETVM II.

CAthedralis, & ſingulæ Collegiatæ, & Parrochiales Eccleſiæ huius Diœceſis has noſtras conſtitutiones certo aliquo loco collocatas perpetuò aſſeruent, ac quilibet, qui huic Synodo intereſſe debet, exemplum earum habeat, alias punietur, nullusq. earum ignorantiã prætendere poſſit poſt duos menſes proximè futuros.

DECRETVM III.

Seſs.23. cap.1. de reform.in fine.


QVoniam ſacrum Concilium Tridentinum ſtatuit frequenter publicari, & præcipuè in Synodis decretum de reſidentia ſub fœl. recor. Paulo III. ſeſs.6.cap.2.de refor.& alterum ſub fœl. recor. Pio IV. ſeſs.23.cap.1.de reform. necnon quoties expedire videbitur decretum de matrim.ſeſs.24.cap.1.Nos volentes, vt tenemur, exequi ſtatuta dicti ſacri Concilij Tridentini publicamus, & ad omnium notitiam deducimus dicta decreta, prout lecta, & publicata fuerunt.

TITVLVS III.

De Hæreticis euitandis, & libris prohibitis.

DECRETVM PRIMVM.

1 Clem.VIII conſt.incip. Dominici gregis Pont.ann.11.3. Febr. 1603.
2 Pſal.17.
3 c.ſicut, c.excommunicamus.§.credentes. de hæret.
4 c.1.eod.tit. c.apertè, vbi gl. ver.titubabat. 24.q.1.



CVM ad conſeruandam Catholicæ fidei integritatem [1] illud potiſſimùm neceſſarium ſit, vt mali à bonis, & hæretici, ac fide ſuſpecti, à ſanis, & verè Catholicis diſcernantur, [2] ſtatuimus, & ordinamus ſub pœnis, & cenſuris in ſacris Conſtitutionibus [3] contentis, ne quis ſubditorum noſtrorum hæreticos, vel ſchiſmaticos, aut alios quoſcumque de hæreſi ſuſpectos, vel quomodocumque in fide Catholica dubios [4] in domo, vel in terra ſua tenere, fouere, aut negotiationem cum eis exercere præſumat, nec familiaritatem, aut conſortium cum illis quouis modo habeat, imò teneri omnes, ſi quos ex

eorum verbis, seu factis quoquo modo de hæresi suspectos nouerint statim ad nos deferre, [5] & ad hoc sæpè Parrochi in diebus festiuis inter Missarum solemnia populum moneant.

5 c. qui alios. de hæret. S. Thom. 2.2.q.70. art. 1. in resp. ad 2. Fran. Pegna Rotæ Decanus in direc. Inquis. in com. 1. ad d. c. quis alios, & in com. 18. ad c. qualiter. de accus. Menoch. de præsumpt. lib 5. præsumpt. 6. n. 19. & de arbitr. iud. lib. 2. cas. 348

DECRETVM II.

VT autem prædicta meliùs obseruentur omnibus animarum curam habentibus præcipimus, & mandamus, vt in eorum Parrochijs in primis caueant, ne sub quocumque colore Clericorum, vel laicorum occulta [1] conuenticula fiant, in quibus de his, quæ ad fidem pertinent, disputetur. [2]

1 c. 2. §. inhibemus, de hæret. in 6. c. cum ex iniuncto, eod. tit.

2 Inn IV. in constitut. incip. Nouerint, in direct. inqu. inter litt. Apost. pag. 17. litt. C.

DECRETVM III.

ET quia animarum periculum ex hæreticorum librorum lectione non minùs quàm ex eorum conuersatione exoriri compertum est, idcircò præter pœnas in sacris Constitutionibus contentas sub carcerationis, alijsq. nostri arbitrij pœnis præcipimus, ne quisquam libros prohibitos, ac de hæresi suspectos in Indice à fœl. record. Clemente VIII. promulgato legere, vel alijs legendos tradere, aut apud se tenere, præsumat; si quis verò nouerit, aliquem libros prohibitos penes se retinentem, seu legentem, statim sub excommunicationis pœna nos certiores facere, teneatur.

Simãc. in Cathol. Inst. tit. 15. n. 5 & tit. 38. n. 23. latè Menoch. de præsumpt. lib 5. præsumpt. 6. nu. 18.

DECRETVM IV.

VT etiam animarum saluti, quantùm fieri potest, consulamus, volumus, quòd omnes nostræ ditioni subiecti librorum omnium, quos apud se tenent, inuentarium nobis, aut Vicario nostro Generali infra trium mensium spatium post præsentium impressionem, sub pœna ammissionis librorum, & alijs nobis benè visis præsentent.

DECRETVM V.

Conc. Trid. sess. 4. in decreto de aeditione librorum in fin. Lopez in add. ad Diaz. in prax. crim. can. c. 111. litera A.

MOnemus etiam omnes, & singulos fideles, ne temerè sacrae Scripturae verbis, seu sententijs abutantur, seu ad iocum, assentationem, contumeliam, superstitionem, impietatem, seu ad prophanum aliquem vsum proferant, sub poenis in sacro Conc. Trid. appositis.

DECRETVM VI.

ET vt detestabilis haec licentia prorsus vbique tollatur, mandamus, vt de criminis huius enormitate Populus per Concionatores, Parrochos, & Confessores saepè admoneatur.

TITVLVS IV.

De maleficijs, Incantationibus, & alijs superstitionibus.

DECRETVM PRIMVM.

CVRATI in sua Parrochia omni diligentia perquirant, ac praecipuè in Quadragesima, eos, qui in animarum suarum perniciem, veneficia, sortilegia, incantationes, ligaturas, & vetitas cuiusuis generis magicas artes exercent, ac propterea cum Daemonibus pactiones, & foedera tacitè, vel expressè fecerint, & à Catholica fide quouis modo apostatauerint, eosq. statim, vel in sancta visitatione ad Nos deferant, vt Canonicis poenis puniantur.

DECRETVM II.

PErquirant etiam omnes alios, qui huiusmodi diuinatores, sortilegos, ac cuiusuis generis magos, lamias, siue Striges de re aliqua consuluerint, vel fidem eis praestiterint, seu adiutores quoquo modo fuerint, ac etiam si quos de huiusmodi crimine suspectos inuenerint,

rint, nos certiores quamprimùm faciat, vt & ij pariter Canonicas pœnas subeant.

DECRETVM III.

SVperstitiosas insuper, & vanas Populi obseruationes, veluti colligere herbas tali potius die, ac hora, quàm alia, [1] vel verba sacra scripta in tali charta, [2] vel cum sol oritur, vel quando legitur Euangelium, vel quod debeant tot sigillis ligari, & à puella virgine, aut dùm scribitur, à nemine videatur, [3] vel caracteres, & figuras alias à signo Crucis, [4] aut verba extranea, & ignota [5] certum candelarum numerum, siue in Missæ sacrificio, siue alias quomodocumque adhibere, [6] vel oleum ex lucerna ardente in nocte Ascensionis Domini, oua eodem die nata, ac pelles, quibus inuoluti homines nascuntur, quę etiam, vt audiuimus, & horribile certè est, benedicuntur ad morbos, prę sertim ex Vulgi opinione expellendos, vel ad maleficia pertractanda, ac alia similia, quę longum esset, recensere; [7] quęcumque sint ab Ouibus nobis commissis, omninò tolli, ac veluti rem perniciosissimam, vitari, iubemus, ac de omnibus in hoc titulo contentis Curati diligenter perquirant, & nos quāprimùm, vel saltim in sancta visitatione certos faciant sub pœna suspensionis à diuinis, arbitrio nostro.

Concionatores etiam sępè & in eorum sermonibus de his omnibus Populum moneant. [8]

1 cap. non liceat, 26. q. 5.
2 Extrauag. Io. XXII. incip. super illius specula Direct. inqu. par. 2. cap. 43. & ibi Fran. Pegna in 20. art. Card. Tol. in sum. lib. 4. cap. 14 & 16.
3 Nauar. in Man. cap. 11. n. 35.
4 Tunc est tacita inuocatio Dæmonũ coniuncta hæresi. Tol. d. c. 14. ver. 2. Silu. ver. superstitio. ver. 11.
5 Hic etiam est tacita inuocatio Dæmonum. Ioa. Lec. in sum. conf. tit. de superst q. 15.
6 Conc. Trid. sess. 22. in decr. de sacrif. Missæ, in fine.
7 Late de his omnib[us] Const. Sixti V. incip. Cæli, & Terræ, de anno 1585. nonis Ianuarij impressa in direct. Inquis. inter litteras Apostólicas, in fine.
8 S. Carolus par. 2. de cura Concionat.

TITVLVS V.

De Blasphemia.

DECRETVM PRIMVM.



T horribilis hęc peccandi licentia [1] modis omnibus ab hac Ciuitate, & Diœcesi nostra exterminetur; volumus, quod Curati inter Missarum solemnia saltem semel in mense, & in prima Dominica cuiuslibet mensis Populo annuncient criminis grauitatem; Ex quo

1 Iulij III. in Bull. Cõstit. 40. incip. In multis deprauatis.

Δ hoc etiā statutum in Concilio [illegible] de
an.º 1569. ubi in mssis suis nostrae adnotationes

consuetus blasphemare de hæresi suspectus redditur, [2] ac pœnas à sacris Canonibus blasphemis impositas, [3] & præsertim contentas [4] in bulla Pij V. anno 1566. Kal. Aprilis, in qua disponitur his verbis: [5] Quicumque laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, & gloriosissimam Virginem Mariam eius genitricē expressè blasphemauerit pro prima vice pœnam 25. ducatorum incurrat pro secunda, pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus, exilio mulctabitur. Qui verò plebeus fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum; pro secunda fustigabitur per Vrbem; pro tertia lingua eius perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicumque Clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcumque beneficiorum suorum; pro secunda beneficijs ipsis priuetur; pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si Clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur; pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ arbitrio iudicis puniatur. Δ

2 Franc. Squillac. in tract. de fid. Cath. cap. 16. nu. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. n. 19.
3 cap. 2. de maled. Nauar. c. inter verba, 11. q. 3. Couar. c. quamuis par. 1. §. 7. num. 10. de pactis, in 6.
4 In Concil. Lateran. sub Leone X.
5 Pius V. in constit. incip. cum primum. Kal. April. anno 1. in eius bullario nu. 6. vide pragm. 1. & 2. huius Regni tit. de blasphemantibus.

DECRETVM III.

Saeculares potestates, [1] & locorum Rectores in Domino hortamur, vt execrabile hoc scelus ab eorum ditione exterminare, & abolere studeant, quo & ipsi vberrimam mercedem à Deo consequi mereatur præter Indulgentiam [2] à Concilio Lateranense illis concessam [3] vehementer optamus, quod in Ecclesijs instituatur societas nominis Dei cum Indulgentiarum participatione iuxtà Bullam fæl. record. Pij IV.

1 Cū sit crimen mixti fori. c. 2. de maled. Iul. Clar. §. blasphemia. Affl. in const. blasphemantes, n. 14. dub. 10. Bos. tit. de inqu. n. 132 ver. & scias quod hoc delictū. Felin. c. quod olim, in fin. fall. 3. de iud. vide Alex. cons. 99. nu. 12. vol. 6, latè Alex Rom. sup. pragmat. 1. de blasph. n. 12. & n. 66. S. Tho. 2. 2. q. 13. art. 1. & quodlib. 9. art. 14. Sot. de iust. & iur. lib. 8. q. 2. art. 3. Alph. à Castro lib. 1. de iusta hæret. pun. cap. 12.
2 decem annorum.
3 Cōstit. Leonis X. super refor. Cur. Rom. incip. Sacr. app. Conc. §. ad abolendam.

DECRE-

DECRETVM III.

ET vt animarum saluti, vt tenemur, consulamus, ne ob ignorantiam Parrochi animæ pereant, sciãt omnes, quod qui Deo tribuunt id, quod ei non conuenit, aut id creaturæ concedunt, quod est proprium Dei, hi omnes blasphemi sunt, & vt tales puniuntur. [1] Vnde qui dicunt, Deus non potest hoc facere, vel Deus non faciet, vel hoc faciam al dispetto di Dio, vel, [2] dispiaccia pur a Dio, che io lo farò, loquendo de re, quæ potest cadere in Deo, vt si est res licita, vel non sit priuatio facti, & his similia, cum ea his verbis detrahant Deo suam potentiam, Blasphemi sunt. [3] Similiter qui dicunt, ingiusto Dio, [4] qui iurant per caput, per pedes, vel oculos Dei, quia tribuunt Deo, quod ei non conuenit, cum sit spiritus, & illa verba habent relationem ad naturam diuinam, non ad Christum. [5] Similiter dicere, per vita de Dio [6] blasphemia est, & licèt qui dicunt per oculos Dei, vel eius Matris, aut Sanctorum, non sint blasphemi, quia Christus, Mater, & Sancti habent hæc omnia, tamen iurare per membra Christi, Matris, vel Sanctorum, quæ in hominibus reputantur turpia, blasphemia est. [7] Similiter dicere: Maledetto sia Dio, vel, rinego Dio, vel, non ci è Dio, [8] & his similia, à quibus omnibus cauendum, cum quandoque etiam sit blasphemia hereticalis, [9] & ob id Concionatores in eorum sermonibus hæc omnia sæpè Populo annuncient, idem de blasphemantibus Beatam Virginem, & Sanctos. [10]

1 Silu. ver. blasphemia n. 1. Arn. Alb. in tract. de agnos. assert. Cath. & her. q. 6. nu. 13. & seq. & q. 27. num. 1. Gram. dec. 50.
2 Iul. Clar. §. blasph. vers. sed nunquid.
3 Couar. d. c. quãuis. p. 1. §. 7. n. 9. ver. 4.
4 Menoch. de arbitr. Iud. cas. 375. num. 16. & seq.
5 cap. si quis per capillum, 22. q. 1. auth. vt non luxu. con. nat.
6 Menoch. loc. cit. n. 12. Couar. vbi supra nu. 9. ver. 6.
7 Arnal. loc. cit. q. 17. n. 25. & q. 6. n. 19. Silu. ver. blasph. n. 3. in fin.
8 Decian. tract. crim. to. 2. lib. 6. cap. 2. nu. 3. & 9. Silu. loc. cit.
9 Couar. loc. cit. Lopez ad Diaz c. 111. direct. Inquis. 2. par. q. 41. & ibi Fran. Pegna.
10 Couar. & Menoch. loc. cit. Card. Tolet. in instru. Sacerd. lib. 4. c. 13. ver. tertia.

DECRETVM IV.

FRequentissima est in hac Diœcesi maledictio creaturarum irrationabilium; dicunt enim sæpè, præcipue mulieres: Sia maledetto il Sole, il Vento, & similia; ideo aduertant Confessionibus Præpositi, vt interrogent pœnitentes, si dum proferunt dicta verba, habent intentionem maledicendi, prout sunt creaturæ Dei, quia

1 Silu.ver. maledictio. n.1. Card. Tolet. loc. cit.ver.si verò. Caiet. ver.maledictio.

tunc est blasphemia, & est peccatum mortale,[1] aliàs sine tali intentione est actus iocosus, seu otiosus, & peccatum veniale; similiter quando maledicunt animas Purgatorij, si desiderant eis grauiores pœnas, est peccatum mortale, aliàs veniale.

TITVLVS VI.

De Verbi Dei Prædicatione.

DECRETVM PRIMVM.



1 Conc.Trid.sess.5.c. 2.& sess.24.c.4.Côc. Lateran. sub Inn.III. c.10. c. inter cætera. de off. ord. c.Episcopus,il 3. 88.d.

PROPRIVM Episcopale munus nostrum agnoscentes, quod in grege Domini pascendo, ac in fide diligenter erudiendo versatur,[1] quantum cum Dei auxilio possumus, illud piè, ac fideliter adimplere optamus, cordiq. nobis esset, vt festis diebus nunquam intermitteretur; Verùm quia per nos ipsos salutare hoc munus, vbique exequi non possumus; propterea omnibus curam animarum exercentibus mandamus, vt singulis diebus Dominicis, & festis solemnibus Populum sibi commissum pro sua, & Populi capacitate pascant, salutaribus verbis docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciando eis cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeant, quod si prædicta non adimpleuerint, pœnas iuxtà Sacr. Conc. Trid. dispositionem,[2] & alias nostro arbitrio incurrent.

2 Locis citatis.

DECRETVM II.

1 Conc. Trid. d. sess. 5.cap.2.

2 S. Carol. de summ. Trin.cap.10.

TEmpore Quadragesimæ quotidiè Populus verbo Dei pascatur, per Concionatores à nobis electos, & ad id munus nostra auctoritate missos,[1] qui etiam fidei professionem in manibus nostris, vel Vicarij nostri generalis emiserint,[2] & ob id statuimus, quod nullus Curatus, vel alius, qui Ecclesiarum curam habet, per-

mittat,

mittat, quod aliquis Regularis concionetur, vel sermonem faciat, seu legat in Ecclesia sua, nisi prius eis ostensa nostra licentia, vel Vicarij nostri in scriptis; [3] & qui contrafecerit, seuere punietur, & alias nostro arbitrio. Insuper mandamus, quod omnes Clerici cum biretis, & superpelliceis conueniant simul, ad Concionem audiendam sub pœna nostro arbitrio reseruata.

[3] Extat decretũ S. C. his verbis; facultatis autem, & benedictionis testimonium antequã concionandi munus aggrediãtur, Rectori Ecclesiæ, vbi cõcionaturi sunt, exhibeant. Piacēs. in prax. Episc. p. 2. c. 3. n. 16.

DECRETVM III.

Volumus autem à Prędicatoribus infrascripta obseruari, quęstionibus inutilibus, seu fabulosis sermonibus audientium animos ne occupent.

Conc. Colon. de disse min. verbi c. 7. 8. 10. & 13. Synodus Magunt. cap. 49. & 50.

Ab historijs apocriphis, & à miraculorum non approbatorum recitatione omnino abstineant.

Hæreticorum sententias, & argumenta quanto minùs fieri poterit recenseant.

Vitia generaliter, præcipuè verò sortilegia, diuinationes, & similia, necnon blasphemias, falsum iuramentum, murmurationes præcipuè in Ecclesiasticos reprehendant, nec in aliquem tacitè, vel expresśè inuehant, sed piè Populorum vitam componere, eosq. in Dei timore diligenter instituere toto animo studeant.

Subditos quoque ad Superiorum suorum obedientiam excitent, & adhortentur, teneanturq. Curati locorum, Concionatores præmonere quid magis vel minùs pro loci, & Populorum qualitate sit eorum Plebi enunciandum. Qui etiam prouideant, vt in Concionibus fœminæ seorsum à maribus intersint, & ita disponantur in Ecclesijs, vt Religionis, & honestatis gratia à masculis distinguantur, & in hoc omnes teneantur obedire Curato Ecclesiæ sub pœna excommunicationis, & alijs arbitrio nostro.

Diurnis horis, non autem noctu [1] quocumque anni tempore Dei verbum prædicetur Passio Domini Nostri Iesu Christi, albescente Cælo, feria sexta in Parasceue, vel in feria quinta post officium, ita vt media hora noctis

[1] Henr. d. tract. de Synod Episc. ar. 1. cõcl. 13. n. 192.

1 S.Carol.par.3. in instr.Præd.ver.Dei.c. quibus tēporibus concionandum,in fine.
3 Est decretum S. C. de Regular.

ctis sit omninò terminata, enuncietur. [2] Impleto autem munere prædicationis, aliquam peracti operis, & fructus spiritualis indè nati relationem meliori, quo poterunt modo, voce, aut scripto nobis, vel Vicario nostro facere, non omittant.[3]

DECRETVM IV.

S.Carol.de offi.Præd. c.16.& loc.cit.

DVm in Ecclesia Parrochus, vel alius concionem habet, ne eo ipso tempore in Ecclesiã, vbi habetur, in eiusvè aliquo Sacello Missæ sacrificium ab vllo quouis Sacerdote fiat sub pœna suspensionis.

DECRETVM V.

PIam, ac laudabilem nostræ Diœcesis consuetudinem amplectentes, qua Verbi Dei Prædicatores Ciuium,& Populorum sumptibus Quadragesimali tempore aluntur,& eis de honesta eleemosyna pro loci qualitate prouidetur, statuimus, & ordinamus ad Dei laudem, & ipsorum fidelium salutare beneficium, vt in posterum laudabilis,ac pia hæc consuetudo seruari debeat, & si qui prætendunt electionem Concionatoris,teneantur nobis, vel Vicario nostro notificare nomen ipsius,ac eius consensum per totum mensem Octobris, quolibet anno, sine spe prorogationis, aliàs pro illa vice ad nos deuoluatur eiusdem Concionatoris electio, & insuper teneantur Ciues, & Populus eundem alere, & de solita eleemosyna prouidere sub pœnis nostro arbitrio.

DECRETVM VI.

Cōc.Trid.sess.5. c.4. Synod. Magunt. cap. 51.Syn. Flor. de prædicat.

QVia verò vbi iniunctum est onus prædicandi verbum Dei, inde consequenter oritur audiendi obligatio, ac etiam ne Concionatores laboris sui fructum ammittant, si Populus eorum Concionibus interesse refugiat, omnes Gubernatores, ac locorum Præfectos, aliosq. omnes, ad quos spectat in Domino hortamur, vt tempore Concionum, præcipuè in diebus

Quadra-

Quadragesimalibus apothecæ omnes claudantur, ac otiosam turbam è Tabernis foro, ac Plateis abigere faciant, præcipuè eos, qui tunc temporis in Plateis ludunt, & Concionibus, diuinisq. officijs interesse, debitis pœnis compellant.

TITVLVS VII:

De Fidei initijs à Parrocho tradendis.

DECRETVM VNICVM.


PARROCHI tam in Ciuitate, quàm extrà in oppidis nostrę Dięcesis per seipsos, [1] vel saltim per Clericum idoneum, [2] cum eorum assistentia Dominicis, & alijs festis diebus in suis Parrochijs initia fidei pueris tradant, eosq. in Dei timore primùm erudiant; deinde debitam Parentibus obedientiam, & reuerentiam præstare doceant, proprio Campanæ sono ipsos ad conueniendum post prandium assignato, iuxtà Bullam fæl.record. Pij V.sub die 8. Iulij 1568. [3] sub pęna 3. ducatorum pro qualibet vice, & ob id hortamur, vt in omnibus Terris nostræ Dięcesis, si fieri potest, habeatur Congregatio, seu Societas piorum hominum, qui etiam Parrochum in hoc munere exercẽdo, coadiuuent, moneant etiam Parentes, quod pueros mittant, ac impellant, vt hora deputata, ad Ecclesiam accedant; Adulti, qui docibiles sunt, & illa ignorant, non absoluantur, nisi essent serui, qui ex culpa Dominorum non didicissent. [4]

1 Conc.Trid. sess.24. cap.4.in fine.

2 cap. vt quisque, de vita, & hon. Cler.

3 Adest Indulgentia 100. dierum in const. Gregorij XIII. incip. vniuersis 21. Octob. 1572.

4 Med. 1.2.q.76.ar.2. quem refert, & sequitur Rodriguez par. 1. cap.88. si sunt incapaces sufficit scientia implicita. S. Tho. 2.2. q.2.art. 5. Silu. ver. fides, q.3. Nau. cap.11. nu.18.



TITVLVS VIII.

De Scholis, & Magistris.

DECRETVM VNICVM.


VM omnis ætas ab adoleſcentia ſua prona ſit ad malum, & à teneris aſſueſieri ad bonum, magni ſit operis, & effectus. In primis.

Hortamur omnes, [1] ad quos Magiſtrorum electio ſpectat, vt in ea curam omnem adhibeant, hinc enim pendet filiorum ſalus, & ob id monemus omnes puerorum magiſtros, ne libros, obſcena, vel turpia tractantes, Diſcipulis proponant, nec libros in indice prohibitos ab ipſis legi permittant, ſub pęna decem ducatorum, & exilij à noſtra Dięceſi; ſed eos docere teneantur, quæ ad Religionem pertinent, vt ſunt præcepta diuina, articuli fidei, ſacri hymni,& Pſalmi,ac Sanctorum vitæ, diebusq. feſtiuis nihil aliud eos inſtruere poſſint, quàm in rebus, ſpectantibus ad Religionem, & bonos mores, ac vt nedum ad Miſſas, ſed etiam ad Veſperas, diuinaq. officia audienda,ad Eccleſias accedant, & ſimiliter ad Prædicationes, & ſermones audiendos impellant, ac ſimul cum Parrochis diebus Dominicis eiſdem fidei initia tradant ſub pęna arbitrij.

1 Conc Trid. ſeſs.23. c.18. Leo X.in conſt. ſup. refor. Cur.Rom. ex Conc.Lateran.

Vt autem omnis errorum via præcludatur, mandamus, ne quis in noſtra Dięceſi profiteri publicè, vel priuatim audeat, niſi prius facultate à nobis in ſcriptis obtenta, & fidei profeſſione coram nobis, vel Vicario noſtro generali emiſſa ſub eiſdem pęnis.



TITV-

TITVLVS IX.

De Sacramentis, & primo de Baptismo.

DECRETVM PRIMVM.


EMINI liceat quemquam intra domesticos parietes baptizare, [1] sed natum infantem ij, quorum est cura quamprimum ad suscipiendum baptismum à proprio Parrocho, vel ab alio Sacerdote de eius licentia, [2] si legitimè impeditus fuerit in Ecclesia deferendum curent. [3] Permissa est tamen, si instet periculum, facultas baptizandi in priuatis ædibus Sacerdoti, [4] vel si is absit sacris initiato, vel si non adfuerit, laicis primo masculo, deinde fęminæ, [5] qui rectè nouerint formam baptizandi, quæ est: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. [6] Quibus verbis nihil prorsus addendum esse, vel minuendum materiamq. [7] aquam naturalem, dum forma profertur, infantulo adhibendam, frequenter Populũ suum Parrochus admoneat.

DECRETVM II.

OBstetrices officium suum nè præstent, nisi per Vicarium foraneum, si in Dięcesi sint; in Ciuitate verò per Vicarium nostrum Generalem, vel alium à nobis deputatum, scripto probato sint idoneæ [1] ad sacramentum Baptismi cum necesse erit, ministrandum sub pęna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & alijs nostro arbitrio, quæ licentia gratis detur, & hoc decretum Parrochi saltem bis in anno Populo inter Missarum solemnia notificent.

DECRETVM III.

SI puer domi baptizatus fuerit, cum pro sacramentalibus, & solemnitatibus complendis ad Ecclesiam deportatur, adsit is, qui eum domi baptizauit, vt ex eo

1 Victor Rom. Pont. in epist. ad Theoph. Alex. Episc. anno Domini 198. Conc. Constantinop. 6. cap. 59. Clem vnic. de baptis. S Carol. hoc tit. cap. 1

2 S Tho. 3. par. q. 67. art. 1. 2. 3. & 4. Sot. in 4. d 4 q vnic. ar. 1. & 2

3 Cathec. Rom par. 2. cap. 2. nu. 34.

4 Vict R m. Pont. loc. cit.

5 cap. mulier, c. in necessitate, de consecr. d. 4 S Tho. 3. par. q. 67. art. 1. 2. 3. 4. & 5. Sot. in 4. q. vn. art. 3 Ang. verb. baptismus 5. nu. 1. Silu. ver. baptismus 3. num. 1. Armil. eod. ver. nu. 41. Nauar. in Man. c. 22 n. 7.

6 cap. 1. extr. eod. c. retulerunt, de cons. d. 4. Ego, non est de substantia Sacramenti, sed de pręcepto, & si ommittatur ex cõtemptu est mortale. Inn. d. c. 1. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 5. & q. 72. art. 4 Ricch. in 4 d 3. art. 4 Sct. in 4. d. 3. q. vn. art. 5. ver. quod si, idẽ de verbo, Amen, licét nõ sit eius vsus in omnibus Ecclesijs. Car. Tolet. lib. 2 c. 19 n. 2.

7 cap. non vt apponeres, hoc tit. Cõc. Trid. sess. 7. de baptis. Can. 2.

1 S. Carol. hoc tit. c. 22. & cap. 30. Nau. in Man. c. 22. n. 7.

Curatus intelligere possit, An ritè forma prolata ab eo fuerit, quod si de hoc dubitetur, Curatus his verbis vtatur, si tu es baptizatus, ego non te baptizo; sed si non es baptizatus, ego te baptizo: In nomine Patris,& Filij, & Spiritus sancti. Amen. [1] Quod si contrarium factum fuerit, tàm Parrochus, quàm is qui domi baptizauit, & infantis Parentes arbitrio nostro punientur, idem seruabitur in puero, inuento in nemore, vel alio loco exposito sine testimonio, vel litteris de eius baptismo. [2]

1 cap.1.hoc tit. S.Th. 3.par.q.66.ar.9.ad 4.
2 d.c.2.S.Tho.in 4.d. 65.q.1.ar.1. S.Anton. 3.par.tit.14.c.13.sum. Ang.hoc ver.4. nu.8. Silu.q.7.Armill.n.32. Sot.d.3.q.vn.art.9. in 4.sen.

DECRETVM IV.

PArrochus, vel alius Sacerdos baptizans caueat ne ad infantem baptizandum alio chrismate vtatur, quàm eo, quod illo ipso anno [1] consecratum est. Curet etiam, infantibus Sanctorum tantùm nomina imponi, vt cum ætate processerint nominum similitudine ad eorum imitationem excitentur, ac sperent, eos potissimùm sibi ad salutem animæ, & corporis aduocatos fore. [2]

1 cap.si quis de alio, de consecr.d.4.S.Carol.hoc tit.c.20. & 21 Silu. ver.oleū sanctū.
2 S.Io. Chrisost.hom. 21.Ingen.Dion. Alex. apud Euseb. lib. 7. c. 20.S.Carol. hoc tit.c. 21. Io.And.c.cum secundum.n.2.de prєb. Felin.in proh. decret. nu 32.alij in cap.1.de depo. Card. Baron.in ann.ad Martir.die 16. Febr.litt.E, & tom. 2. Annalium anno Christi 109. fol. 44. Anast. Germ. de Indult. §. Hieronymus. n.14.

DECRETVM V.

MAndamus, vt vnus tantùm vir, siuè mulier, vel ad summum vnus,& vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, baptizatiq. patrem,& matrem tantùm spiritualis cognatio contrahitur [1] excommunicatos,& eos, qui in Paschate illius anni peccata sua confiteri, & sacram Eucharistiam sumere omiserint, ad leuandum quemquam de fonte nullo pacto admittimus; similiter nec eos, qui orationem Dominicam, Angelicam salutationem, ac Symbolum ignorant, [2] nec Abbas, Monachus, vel alij Religiosi admittantur. [3]

1 Conc.Trid. sess.24. cap.2.c. nō plures, de conf.d.4.c.nedum,de cogn.spir.in 6. c.vtrū autem, c. super eum, ex.eod.tit.
2 S.Car.hoc tit.cap.2. & 3.c.non licèt, il 1. c. Monachi, de conf. d.4.Conc. Colonien. de anno 1549. tit. de baptism.
3 d.c.non licèt.c.placuit,il 2.16.q.1.Card. Tolet.lib.2.cap.23. n. 4.in fine.

DECRETVM VI.

PRæcipimus pariter, vt baptismalis fons sit lapideus mundus, eiusq. claues à proprio Parrocho custodian-

diantur; [1] ac sacrario coniunctus si commodè fieri potest, vt in ipsum aqua, quæ super baptizati caput infunditur, influat, nec ad eundem Baptismi fontem reincidere permittatur. In opertorio ligneo, quod benè clausum esse volumus sacra olea in vasis argenteis, si fieri potest, vel ad minus stamneis asseruentur cum vasculo pro baptizandis, & cum linteo mundo, ac linteolo, ad abstergendum, ac cum libro, in quo diem, mensem, & annum, & baptizati nomen, eiusq. Patris, ac matris, ac Compatrum etiam cognomina Curati manu describantur, [2] iuxtà formam, in fine harum constitutionum descriptam.

1 S.Carol.hoc tit.c.6.

2 Conc.Trid. sess.24. c.2.in medio.

TITVLVS X.

De Confirmatione.

DECRETVM VNICVM.



PARROCHI in Ecclesia ante denuncient tempus, quo sacrum Chrisma ministrandum erit. [1]

Videant, ne quis eorum, qui sibi in curam traditi sunt, illud suscipere negligat. [2]

Qui in adulta ætate Confirmandi erunt peccata sua prius confiteri studeant. [3]

Confirmatorum, & Compatrum nomina in peculiari libro in Archiuio nostro asseruando per Cancellarium nostrum describantur, prout in Vrbe obseruatur, vt si quando Matrimonium inter eos contrahi contingeret, impedimentũ illud cognationis spiritualis sciri possit. [4]

Nullus præsentet vno, eodemq. die, nisi vnum, aut duos, non plures, & infantes, qui chrismandi sunt per Patrinos antè Pontificem in bracchijs dextris teneantur. Adulti verò, seu alij maiores ponant pedem suum suprà pedem dextrum Patrini sui. [5]

Nullus nondùm confirmatus, aliquem confirmandum tenere, àut leuare præsumat, & quos suprà de sacro fon-

1 Pont.Rom. S.Car.hoc tit.cap.10.

2 S. Carol. de Sacr. Vnct.c.14.

3 Pont.Rom.

4 S.Carol.2.par.in tit. post confirm. quæ agenda. fol.227. in par.impr.

5 Pont.Rom.

te

te leuare prohibuimus, confirmandos pariter tenere, vetamus.

Chrisma statim à Sacerdote in Ecclesia bombice detergatur, quæ cum linteolo comburetur, & Cineres in sacrario mittantur.

Moneant Curati sibi subditos iuxtà Concilij Tridentini [6] decreta, quo modo per Confirmationis sacramentum spiritualis cognatio inter confirmantem, & confirmatum, illiusq. Patrem, & matrem. Item inter tenentem, & confirmatum, illiusq. parentes contrahatur omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omninò sublatis, & ideò in compatres vnus tantum admittatur. [7]

6 Conc. sess. 24. c. 2. in fin. de refor. matr.

7 Conc. Trid. d. c. 2. c. non plures, de cons. d. 4.

TITVLVS XI.

De Pœnitentia.

DECRETVM PRIMVM.



NEMO audeat Pœnitentiæ Sacramentum ministrare, nisi à nobis, vel Vicario nostro approbatus licentiam scripto obtinuerit, [1] & de licentia Parrochi, nullo tamen modo exteros, seu alterius Terræ, & nostræ Diœcesis, & non aliter, etiamsi Regularis fuerit, nisi ipse ad Parrochialem Ecclesiam sit admissus sub pœna excommunicationis, eosq. hortamur, vt antequàm Confessiones fidelium audiant, breui oratione Deū deprecentur pro sua, & fidelium salute. [2]

1 Clem. dudum. §. ac indè, de sepult. Conc. Trid. sess. 23. c. 15. & sess. 25. de regul. cap. 11. intelligo de illis qui non habent beneficium curatum.

2 Ita cautum extat in Vet. pœnit. prout testatur Card. Baron. in Ann. ad Martirol. die 11. Iunij, ver. in Capellam, sic extat etiam in Sacerdotali nouiter impresso, in hoc eodem tit.

DECRETVM II.

Confessores à pœnitentibus nihil confessionis causa exigant eo tempore, ne potius pecuniæ lucro, quàm animarum saluti studere videantur, ac à pecuniarijs pœnitentijs, quoad fieri potest abstineant; vbi vero pro personarum, & criminum ratione tales pœnitentiæ erunt imponendæ, eas sibi, vel eorum Ecclesijs nullo

modo

• S. Carol. tit. de pœnit. cap. 27. & par. 2. in instruct. Confess. pag. 568.

modo attribuant, missasq. item, si quas pœnitentibus imponant ad alios Sacerdotes, vt omni careant auaritiæ suspicione celebrandas remittant, nec ipsi tales eleemosynas recipiant sub pœna arbitrij.

DECRETVM III.

IN domibus Confessiones non audiantur, nisi infirmitatis causa, [1] sed tantùm in Ecclesijs, in eisquè, non in locis secretis, aut angulis, neque ante ortum, neque post Solis occasum mulierum confessiones audiantur, sed in ligneis Confessionarijs, qui sint in locis conspicuis, in quibus Confessarij habeant affixam Bullam Cœnæ Domini, [2] casus reseruatos, & absolutionis formam sub pœna arbitrij, & in illis superpelliceo cum stola induti, [3] pœnitentium confessiones audiant, & omninò aduertant, vt alij remoti sint, ne confitentes aliquo modo intelligant. Cum verò restitutio facienda erit, Confessores id onus in seipsos non suscipiant, nisi propalationis periculum aliud suadeat, quo casu apocham ab eo, cui fit restitutio, pœnitenti illicò consignandam recipiant, confessionesq. mulierum non audiant, nisi ad craticulam stamneam, nullo tamen modo ante se genuflexas, sub pęna suspensionis, & alijs nostrò arbitrio, nisi breuis fuerit reconciliatio.

1 S. Carol. de pœnit. cap. 57.

2 Pius V. & Paulus V. in Bulla propè finem. §. cæterum. Card. Tolet. lib. 1. cap. 30. in fi. exempti sunt Patres Societatis Iesu, & alij Regulares, debent tamen tenere in singulis Collegijs, vel domibus transumptum dictæ bullæ affixum in loco, in quo omnes Confessarij legere illud possint habetur in viuæ voc. orac. fol. 42. & in compend. priuil. d. Societatis in ver. Bulla Cœnæ § 1.

3 S. Carol. d. tit. c. 56.

DECRETVM IV.

OMnibus, & singulis Medicis, ditioni nostræ subiectis, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, perpetuæ infamiæ, priuationis gradus Doctoratus, & alijs pœnis contentis in constitutione fælic. record. Innoc. III. [1] & Pij V. [2] Romanorum Pontificum præcipimus, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, eos antè omnia inducant, ad confitendum propria peccata, [3] nec post tres dies, si id infirmi non præstiterint, ad eos reuertantur, nisi longius tempus infirmo Confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscien-

1 cap. cum infirmitas, de pœnit.

2 Incip. supra gregem 8 Martij 1566. in qua Bulla imponitur præceptum, & ideo Episcopi peccant mortaliter, si nō faciunt seruari d. Constit. Manu. Pastorum c. 57. in fin. nu. 5.

3 Ob illa enim quandoque quis citius moritur. c. Episcopi si sacerdotali, & ibi glos. in ver. præueniatur, 11. q. 3. add. ad Guidop. q. 84. litera C.

tiam oneramus, concesserit; & ideò quam sæpissimè Parrochi Medicos de hoc moneant, & Medici etiam ipsos Parrochos certiores faciant, vt & ipsi infirmos adire, & necessaria sacramenta oportunè eis ministrare valeant, [4] & Regulares, qui confessiones infirmorum ex causa audierint, statim etiam Parrochum admonere, teneantur, & fidem auditæ confessionis pro Medico adueniente, relinquere. [5]

4 c.1. de celeb.Miss.
5 Decretum S. C. die 2.Iulij 1587. de quo in sum.Bull.in ver.priuilegia Regularium. fol.407.

DECRETVM V.

SAcerdotes, qui confessionibus audiendis præpositi sunt, formam absolutionis planis, & simplicibus verbis proferant, quæ talis est. Ego te absoluo à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. [1] Præcipimus tamen, vt antè absolutionem à peccatis ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, vinculis absoluant in hanc formam. Dominus noster Iesus Christus per suam misericordiam te absoluat, & ego auctoritate ipsius, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, in quantum possum, & indiges. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Postea in delictorum satisfactionem subiungant. Passio Domini Nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali substinueris, sint tibi in remissionem peccatorũm, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

1 Vide infra in 3.par. in princ.

Casus reseruati.

CVm ex antiquo, & probatissimo Maiorum instituto, & nouissimè ex Concilij Tridentini [1] decretis, vt fideles à grauioribus facinoribus perpetrandis, coerceantur, permissum sit Episcopis [2] atrociorum quorumdam criminum absolutionem suo iudicio reseruare. Ideò nos ad mores nostri Populi reformandos infrascri-

1 Sess.14 cap.7.
2 Et contrarium asserere anathema est, d. sess. 14. can. 11. latè Anast. Germ. de sac. Immun. lib.3. cap. 8. n.35.

prorum casuum cognitionem, & absolutionem nobis decreuimus reseruare, nullusq. sine licentia nostra præsumat absoluere quemquam his criminibus alligatum sub pœna excommunicationis, & alijs, de quibus in decreto [3] Sacræ Congregationis ad consultationes Episcoporum, & Regularium.

1 Blasphemantes nomen Domini, ac Beatæ Virginis ex cõsuetudine, & ex malo habitu, vel in loco publico. [4]

2 Superstitiones, & sortilegia, in quibus fiunt inuocationes Dæmonum, vel adhibentur res sacræ.

3 Homicidæ voluntarij, ac dantes eis auxilium, consilium, aut fauorem, ac abortum procurantes, secuta morte, ac eiectione fœtus.

4 Incæstum in primo, vel secundo gradu quoad masculos tantùm, aut bestialitatem, vel Sodomiticum crimen cum masculis, vel fœminis committentes.

5 Concubinarij vltrà sex menses.

6 Falsum in iudicio cum iuramento in damnum tertij deponentes.

7 Vsurarij publici, ac Boues pro frumento, sub vsura dantes, & facientes soccidas animalium cum certa fructuum solutione, & sine periculo interitus animalium, & Baiuli paciscentes super damnis datis, ac denunciantes, non visis per se ipsos ijs, qui damnum dederunt.

8 Decimas non præstantes, legata pia non soluẽtes. [5]

9 Notarij, qui per tres menses à die mortis testatoris, & eius scientia non denunciauerint legata ad pias causas, nisi post habitam fidem de denunciatione ab Episcopo, vel nostro Vicario.

10 Sponsi, qui ante Matrimonium coràm Parrocho contractum simul coierint. [6]

Monemus Confessarios, ne se intromittant in commutationibus, aut dispensationibus votorum, [7] & iuramentorum, & in distributione incertorum, [8] vltrà vnum aureum, in vsus tamen pios conuertendum, & vltra hanc

3 Sub die 9. Ianuarij 1601. de mandato fel. recor. Clem. PP. VIII. ponitur in sum. Bull. ver. casus reseruati, fol. 162.

4 Glo. in cap. 2. in ver. reseruantur, de pœnit. in 6. quæ de infrascriptis casibus loquitur.

5 S. Carol. de restam, cap. vlt.

6 S. Carol. de sponsal. & matr. cap. 6.

7 cap. 1. de voto in 6.

8 cap. cum sit, de Iudæ. gl. d. c. 2. de pœnit.

summam Confessarius nos, vel Vicarium nostrum nobis absentibus adeat pro nominatione loci pij, cui dicta restitutio erit facienda, nec à censuris absoluant,[9] nec quoquomodò super Irregularitatibus[10] dispensent.

Explicatio Casuum reseruatorum.

ET vt omnis difficultas in totum tollatur circa primum casum ibi ex consuetudine, vel ex malo habitu declaramus, quod requiruntur plures reiterationes blasphemiæ, quàm per duas, vel per tres vices,[1] & quia non possumus certum numerum determinare, satis erit, quod Confessarius aduertat, si pœnitens prærumpat quandoque in hoc vitium, quasi inaduertenter, seu ob lubricum linguæ, prout in eo, qui non perficit blasphemiam, & statim se pœnituit.[2] An verò quasi naturale sit eidem hoc vitium, quo casu ad nos remittatur absoluendus.

Quod si quis calore iracundiæ[3] blasphemiæ verba proferat, animaduertere debet Confessarius, An iracundia prouenerit ex iusta causa,[4] puta in eo, qui ex improuiso patitur aliquam læsionem,[5] tunc excusatur, aliàs secus, prout in eo, qui blasphemat in ludo, præcipuè alearum, taxillorum in iure prohibito.[6]

Locus publicus intelligitur in Platea, vbi interfuerint ad minus quinque homines, similiter etiam coram Magistratu.[7]

In secundo casu aduertendum est, quod Dæmonis inuocatio fit dupliciter tacitè & expresè;[8] tacitè, quando quis intentat, aliquid facere per ea, quæ nec ex se, nec ex virtute supernaturali possunt tales producere effectus, vt cum verba dicuntur, in quibus voces non sunt significatiuæ. Item cum fiunt characteres aliæ à signo Crucis, vel adhibentur instrumenta, vel alia, quæ ex naturali virtute, talem effectum non possunt producere; similiter cum miscetur aliquid falsum, vt quod

Christus

9 cap.nuper, de sent. excom. gl.d.c.2.& sic cessat illa controuersia, An simplex Sacerdos possit absoluere ab excõmunicatione iuris nulli reseruata, de qua agit Couar. in c. alma mater.§.12. n.4. de sent.excom. Sot.in 4.d.22.q.2.ar.3. Car. Tolet.lib.1.c.16.nu 2. Silu. ver. absolutio, 1. n.4.& vid. Clem.1.de priuileg.gl.d c.2.in verb.reseruabit, de pœnit.in 6.

10 Conc.Trid.sess.24 cap.6.

1 Alex.cons.72.nu.8. vol.1.Boer.decis.301. n.11. Menoch. de arbitr.cas.375.nu.31.

2 Alex.cons.15.in fin. lib.3.

3 Abbas Antiq.c.2.de maled. Iul. Clar. in prax.q.60.ver.est etiã

4 Felin.c.sicut,n 3. de iureiur. Io. de Anan. & Abb. d.c.2.

5 Arnal. Alber. de agnosc.ass.Cath.q.27. n.3.& n.8.

6 Abb.d. c.2. Felin.c. sicut.n.30.de iureiur. Arnal.d.q 27.nu.8.

7 §.atrox.Instit.de iniur.cum sim.

8 late de his omnibus direct.inquis.p.3.q.43 & ibi D. Pegna com. 68.per totum, vbi latissimè hæc materia examinatur.Card.Toletus in sum. lib.4.c. 14. & c. 16. Silu. ver. superstitio.

Christus febres habuit, cum conditiones inutiles apponuntur, vt verba scripta in tali charta, tali hora, vel tali herba, vel cum promittitur aliquid contra inimicos; & ideo breuia, continentia quod si quis ea portauerit, non incurret tale malum, reprobanda sunt similiter, & carminatrices multa inutilia, & superstitiosa solent admiscere omnes isti non sunt absoluendi.

Expressa [9] verò inuocatio Dæmonum fit tribus modis, primo exhibent Dæmonibus inuocatis honorem latriæ, qua Deum adoramus, & qui talia agunt sunt hæretici; alij exhibent honorem hyperduliæ, sicuti adoramus Beatam Virginem, & similiter vti hæretici iudicandi; alij vero inuocant sine aliquo honore, sed circulum in terra describunt, puerum in circulo ponendo, speculum, ensem, amphoram, vel aliud corpus coram puero statuendo, ipso Necromantico legente, ac demùm inuocante, & isti etiam vt hæretici reputandi, in his omnibus aduertant Confessarij, ne extendant manus absolutionis sub pœnis prædictis.

In tertio casu, ibi homicidæ, vide [1] In eodem ibi abortum, intellige, etiamsi fœtus erat animatus anima sensibili, aut vegetatiua; & include omne impedimentum generationis, peccatum graue contra bonum publicum prolis generandæ, [2] licet quoad irregularitatem requiratur, quod fœtus fuerit animatus anima rationali. [3]

In quarto casu de incæstu, intelligo cum consanguinea, vel cum affine, & cum consanguinea est maius peccatum, [4] ibi sodomiticum crimen intelligo etiam in eo, qui fœminam præpostera Venere cognouit, & est etiam propriè sodomia. [5] In ver. committentes etiam semel, quoad reseruationem, sed quoad pœnas Extrauag. Pij V. publicata die 3. Septembris 1568. incip. Horrendum. In Bullario 1028. requiritur multiplicatio actuum, vt exponit [6] propter verbum, exercentes ibi positum ex sententia fæl. record. Gregorij XIII. de qua ipse testatur.

In quinto casu, ibi. concubinarij. vide notata infrà

9 Direct. loco cit. cum alijs ibidem allegatis.

1 Tolet. lib. 5. c. 6. n. 2.

2 Silu. ver. abortus, in princ.

3 S. Tho. in 4. dist. 31.

4 Tolet. lib. 5. c. 12. in prin. latè Silu. ver. luxuria, nu 4.

5 Affl. in const. Regni legum asperitaté. lib. 3. Rub. 42. nu. 33 Iul. Clar. qui de com. te. statur. §. sodomia. n. 2. Menoch. de arbitr. cas. 286. nu. 5. Couar. in epith. de spons. par. 2. § 5 nu. 7.

6 Nauar. in Man. cap. 27. nu. 249.

tertia parte, in ædicto contra Concubinarios.

7 Tolet.lib.5. cap.59. Nau.in Man.c.25.à n. 40. vsque ad 51.

In sexto casu vide Toletum.[7]

In septimo casu vsurarius publicus, seu manifestus dicitur primo, qui in iudicio per testimonia sufficientia conuictus est. Secundo qui in iudicio sponte confessus est vsuram, vel de ea damnatus. Tertio quando factum est notorium.[8]

8 Tolet.lib.5.c.36.nu. 3.Silu.ver.vsura 9.n.1

Ibi Boues pro frumento sub vsura dantes, accommodant isti iniqui boues, & paciscuntur de certa quantitate frumenti, peccatum graue, quod nobis reseruamus; Euenit enim sæpè, aucto pretio frumenti, vt vno anno exactum sit duplum veri pretij animalium,[9] idem de his, qui concedunt asellos, & paciscuntur de certa parte lignorum quolibet anno, vel mense.

9 Nau.conf.27. de vsuris.

Ibi facientes soccidas animalium, &c.

Contractus iste vsurarius, & illicitus, vt latè probat,[10] & debent concurrere tria, vt sit licitus talis contractus, quæ ponit Card.Tolet.[11]

10 Ambr. de Vignate in tract.de vsur.n.178 & 186. & 196. Nau. conf. 2. de loca. & cond. vide inf. tit. de vsur. decret. 1.& 2.

11 Tolet.lib.5. c.41.

Ibi Baiuli paciscentes super damnis datis, ex ista pactione multa mala oriuntur; Nam deteriorantur fundi, & Prædia impunè, stante dicta affidatione Baiuli,& ideo prohibetur etiam in hoc Regno sub grauissimis pœnis, vt in Pragm.[12]

12 Pragm.2.de iure Baiuli de anno 1588. in lib.pragm.fol.148.

Ibi denunciantes,&c.Hæc est peruersitas magna,& fide dignorum testimonio nobis relatum est, adhuc viuere quendam custodem iuratum, qui de mane post somnum adhuc in lecto existens, scribebat nomina damnificatorum, ad sui libitum, non habita notitia, nec relatione alicuius damni, sed hoc faciebat in odium eorum, qui noluerunt, secum pacisci, qui posteà,iusto Dei iudicio, inutilis,& attractus adhùc, vt dixi, miserè viuit, aliorum exemplo.



TITVLVS XII.

De Sanctissima Eucharistia.

DECRETVM PRIMVM.

CVM in hoc ineffabili Sacramento Christus contineatur, iubendus est Populus, vt ad hoc misterium contremiscens, cum in Missarum celebratione eleuatur hostia salutaris genibus flexis [1] se reuerenter inclinet, menteq. Christum adoret, facturus idem, cum Sacerdos Euchariſtiam ad infirmum defert.

[1] cap sanè, de celeb. Miss. Conc. Trid. sess. 13. can. 5. & 6.

DECRETVM II.

TAbernaculum, in quo Sanctissimum hoc Sacramentum conseruari debet sit bene clausum, munitum, & optimè ornatum, [1] interiusquè panno serico coopertum, & corporale ibidem substernatur, super quo pixis argentea munda, & deaurata collocetur, in qua particulæ consecratæ ad minus quinque deuotè, & fideliter sub claui conseruentur, ne ad veneficia auferri possint [2] cum lampade etiam semper die, ac nocte accensa, & illud Curati singulis hebdomadis renouare non ommittant, sub pœna arbitrij.

[1] cap. 1. cap. flamini-mus, de cult. Euch. d. c. sanè Conc. Trid. d. can. 6. Henr. de Syn. Episcopi, art. 1. concl. 13. nu. 218.

[2] cap. qui benè, de consf. d. 2.

DECRETVM III.

VOlumus etiam, vt vas, in quo sanctissimum Sacramentum ad infirmos defertur, sit omninò argenteum, & secundùm loci facultatem decenter deauratum, & conuenienti velo coopertum, atque tali cura, ac diligentia, tàm in eundo, quàm in redeundo accomodatum, vt neque ventorũ, neque pluuiarum iniuriã pati possit, sed cum omni reuerentia, & deuotione deferatur.

d. cap. sanè, de celeb. Miss.

DECRETVM IV.

CVm ad infirmos defertur, priùs Campana, quæ in Ecclesia est, pulsata; deinde campanula per vias

vicinio-

viciniores Populus conuocetur, & tunc cum luminaribus sub vmbrella deferatur, & tàm in eundo, quàm in redeundo, Psalmi deuotè recitentur, & postquam cum sanctissimo Sacramento ad Ecclesiam reuersi fuerint, publicatis Indulgentijs à Curato, omnes benedicantur, sciat etiam Parrochus, quod si per modum viatici infirmo conferatur, & deindè conualuerit, posteà iterùm immineat periculum mortis, potest sæpiùs reiterari; [1] durante verò eadem infirmitate, cum debeat esse ieiunus, non per modum viatici conferendum est. [2]

DECRETVM V.

CVrati inter Missarum solemnia sæpè Populum moneant, vt venerabili hoc sacramento non solùm Paschæ tempore, ad quod tenentur ex præcepto Ecclesiæ [1] refici, ac recreari curent, sed frequenter etiam intrà anni spatiũ, & præsertim in pręcipuis solemnitatibus.

DECRETVM VI.

SVspectos, & criminosos Curatus sine schedula de confessione, & absolutione recepta, fidem faciente ad sanctam Communionem admittere non præsumat. [1]

DECRETVM VII.

OMnes, qui doli capaces [1] sunt, teneantur quolibet anno in Paschate Resurrectionis Domini [2] peccata sua proprio Parrocho, vel alteri de ipsius licentia [3] confiteri, & in Parrochiali Ecclesia [4] sacram communionem sumere sub pœnis contentis in constitutione Innocent. III. in Concilio generali; [5] & ideò Curati post Octauam Paschæ ante festum Pentecostes eorum nomina

1 Tabien. ver. communicare. §. 48. Armill. ver. communio. §. 18. Card. Tolet. lib. 6. cap. 15. in fine.

2 Medin. in declar. tertij præcepti, §. 42. ver. secundum, in fin. Nau. cons. 41. de pœnit. & remiss qui limitat si effluxisset longũ tempus ad arbitrium boni viri.

1 c. omnis, de pœnit.

1 Medin. in declar. 3. præcepti, § 42. ver. secundo.

1 cap. omnis vtriusq; sexus, de pœnit. doli capax dicitur, qui est in annis discretionis. Abb. ibi nu. 9. sed vide in seq decreto.

2 Conc. Trid. sess. 14. c. 5. in fin. adimpletur hoc præceptum communicando à Dominica in ramis palm. vsq; ad Dominicã in Albis inclusiuè, vt in Extrau. Eugenij IV. quam ponit Beneuent. in lib. de casib. consc. Nauar. in Man. c. 21. nu. 45. Ioseph. Angles. de sacr. Euch. q. 2. ar. 9. concl. 3. Caiet. ver. communio, ver. tertium est, in fin. Med. d. §. 42. Card. Tolet. lib. 6. c. 18. limitatur, nisi Curatus ex aliqua causa longius tempus concesserit. d. c. omnis Tolet. loc. cit. & si consuetudo lõgius tempus requireret, illa consuetudo seruanda est. add. ad Ritum 19. Cur. Archiep. Neap. n. 6.

3 Nota, quod requiritur licentia proprij Curati. Abb d. c. omnis, n. 3. 5. & 6. Nauar. d. nu. 45. in princ.

4 Vel in Cathedrali Ecclesia quilibet Diœcesanus potest recipere sacramentum in maiori Eccl. gl. in c. officium, de off. Archiep. prax Archiep. c. 62 n 22. In add. & ideo eo die in alijs Ecclesijs etiã Regularium non ministratur hoc sacramentum, non obstantibus priuilegijs. Nauar. d. c 21 n. 2. in fi.

5 d. cap. omnis, penè sunt quod ab Ecclesia eijciuntur, & sic decedentes, Ecclesiastica carent sepultura.

na ad nos deferant, qui salutis suæ immemores S.M.E. præcepto parere contempserint, seuerè punientur in quolibet casu inobseruantiæ: & interim Curatus sæpe prædictos moneat. Qui verò per duos annos sacra communione, tempore, vt suprà statuto, refici non curauerint, licèt posteà præceptum adimpleuerint, sciant, quod si denuò negligant dictum præceptum seruare, contra illos pœnam excommunicationis ex nunc imponimus, iuxtà decretum sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum.[6] Et quia sunt aliqui, qui malitiosè, & ex industria eo tempore à propria Patria recedentes ad alienas partes se conferunt, vt faciem proprij Curati effugiant. Volumus, quod isti non censeantur satisfecisse præcepto Ecclesiæ, etiamsi fidem alterius Curati reportauerint, sed teneantur quandocumque redierint infra mensem ad summum, proprio Parrocho se præsentare, & adimplere præceptum Ecclesiæ sub eisdem pœnis, nec isti absoluantur ab interdicto, vel ab excommunicatione respectiuè, vt suprà, nisi imposita publica pœnitentia, ad exemplum aliorum, & vt ipsi caueant in futurum ab huiusmodi inobedientia, & hoc decretum qualibet prima, & quinta Dominica Quadragesimæ à Curatis inter Missarum solemnia publicetur sub pœna nostri arbitrij.

6 Decretum ita se habet annotatũ in sess. 14. can. 9. ad Archiep. Panormit. Episcopus potest aggrauare pœnas à iure communi institutas; & ideò contrà negligẽtes debito tempore confiteri, & Eucharistiam sumere, potest procedere, cum mortaliter peccent etiam ad excommunicationem, vel ad pœnas pecuniarias, pio loco applicãda, si hæc magis timeantur.

DECRETVM VIII.

NVllus ante 14. annum, nisi aliud Curatus senserit ex fide Parentum, Tutorum, vel Dominorum ipsius communicandi,[1] aut non mentis compos, vel à Dæmonibus obsessus, nisi dum ratione sua probè vtitur, neque excommunicati blasphematores, & alij publici facinorosi ad sacram communionem admittantur.

1 Sunt isti interrogandi circa ipsius statum, An dignus sit. Nauar. in Man c. 21. n. 57. Armil. ver. communio. n. 3. Caet. eod. ver. Medin. lib. 1. c. 14. §. 42.

DECRETVM IX.

HOrtamur, ne quis statim à prima confessione in annum dilata communicet, sed expectet aliquandiù

Nauar. d. c. 21. n. 45. in princ.

Quod decretum ad ... Synodo ... an: 1568. cap: VIII. pag: 18

diù arbitrio Confessarij, & posteà denuò confessus, eaq. in memoriam redierint, & interea peccauit mundiùs ad hanc purissimam, sanctissimamq. mensam accedat.*

DECRETVM X.

VT Sacramentum hoc omni, qua decet reuerentia ministretur, statuimus vt omnes communicent in Altari, in quo illud pro adoratione custoditur, non autem in alijs Altaribus in Missis priuatis.

TITVLVS XIII.

De Extrema Vnctione.

DECRETVM PRIMVM.



EXTREMAE Vnctionis sacramentum curet Parrochus, [1] vt ægroto, dùm integris est sensibus [2] adhibeatur, si tamen negligentia curantium, vel morbi vi sensum ammiserit, itaut nihil prorsus intelligat, si adhuc viuit, ministrari hoc sacramentum debet, si æger animi sui significationem aliquam dederit, vt indè iudicari possit, eum hoc sacramentum petiturum, si integra mente esset, putà, si erat vir bonæ vitæ. [3]

1 Vel alius de ipsius licentia tantū. Silu.ver. vnctio.n.4. Tolet.lib. 7 cap.2.
2 Sot. in 4. d. 23. q.2. art. 2. Cath. Rom. 1. 346.
3 Silu.ver.vnctio.n.5. Armil. eod. ver.nu.7. Sot.d 23 q.1.art.4 Nauar. in Man. cap. 22. n.13.

DECRETVM II.

SAcra vnctio non adhibeatur ijs, qui sano, & firmo corpore sunt, & ob id non ministratur, nauigationem, & peregrinationem etiam periculosam [1] suscipientibus prœlium, in quo certa mors impendeat ineuntibus, capite damnatis ad vltimum supplicium, rapiendis, mulieribus partu laborantibus, [2] nec pueris, qui nulla peccata admittunt, quorum reliquiæ hoc sacramento sanantur, amentibus item, & furiosis, qui ab ipso ortu, nunquam mentis, & rationis compotes fuerunt, debet tamen dari vulneratis, propinquis morti. [3]

1 Silu.ver.vnctio.n.5. Nauarr.in Man. c.22. n.13.& nu.14.vbi ponit rationem S.Carol. hoc tit. cap.20. Card. Tolet.lib.7.cap.3.
2 Contr. tenet Tolet. lib.7.cap.3.nu 2.
3 S.Thom.& Palud.in 4.d.23. Sot.ead.d.23. q.2.ar.1.Silu.ver.vnctio,q.5. Arm.ibidem n.6.Ledesma 2.par.q. 34 ar 2.Flor.Theol.de Extr.Vnct.ar.4 concl. 1. V. Agria 222. Card. Tolet. loc. cit.

DECRE-

DECRETVM III.

NOn sunt omnes corporis partes vngendæ, sed illæ tantùm, quas veluti sensuum instrumenta natura homini attribuit, [1] vt oculi, aures, nares, os, manus, renes, & pedes; partes verò vngendæ, atque illæ præcipue, quæ sordes facilius colligunt ante sacram vnctionem abluantur, vnctio renum in mulieribus ommittatur; [2] ac etiam in viris, quibus commodè non poterit adhiberi, sed eius loco pectus circa regionem cordis inungatur, manus quæ reliquis infirmis interius vngi debent, Presbytero infirmo exteriùs vngantur, [3] cum in ordinatione interiùs ab Episcopo inunctæ fuerint; si quis aliquo membro caruerit, pars illi propinquior vngenda erit, curet autem; dum oculus, aures, & alia corporis membra, quæ paria sunt inungit, ne in altero ipsorum inungendo sacramenti formam priùs absoluat, quàm ambo huiusmodi paria membra linierit.

1 Nauar. loc. cit. Silu. nu. 6. Sot. d. q. 2. ar. 2. Victoria 223. Tolet. loc. cit.

2 S. Carol. hoc tit. c. 25 Tolet. vbi supra.

3 Card. Tolet. loc. cit. nu. 4.

DECRETVM IV.

IN vna, eademq. infirmitate ægrum in eodem periculo vitæ positum, semel tantùm vngendum esse, sciat Parrochus, [1] quod si post susceptam vnctionem æger conualuerit, quoties posteà in vitæ discrimen inciderit, toties eiusdem Sacramenti subsidium ei poterit adhiberi. [2]

1 Silu. ver. vnctio. n. 7. Armil. n. 9. ex S. Tho. & alijs Conc. Trid. de Extr. vnct. can. 3.

2 gl. c. illud, 95. d. S. Thom. in 4. d. 23. q. 2. art. 3. Palud. d. 23. q. 3. art. 1.

DECRETVM V.

PArrochus violacea stola, ac superpelliceo indutus, vno saltem Clerico comite sine lumine, crucem sine hasta præferente ad caput infirmi, si aliam eius domestici non habuerint, sacra vnctione peracta relinquenda vasculum sacri olei non manu gestet, sed serico sacculo decenter inclusum, colloq. serica item cordula aptè appensum deuotè deferat, quod si dum sacrum viaticum defertur, dubium sit de salute infirmi, donec Par-

 rochus

rochus redierit pro ſacra vnctione miniſtranda eiuſdem etiam vaſculum [1] ſecum deferat, & infirmum liniat.

1 S.Carol. ſyn. Diœceſ.4.dec.15.

DECRETVM VI.

IVxtà cubicularem ægroti lectum, ſi fieri commodè poſſit, menſa paretur, mundaq. mappa ſternatur, ſuper qua ſacri olei vaſculum collocetur, quod nullius laici hominis manibus, contrectari ſinat, ibi peluicula ſit cum tot bombicis, aut ſtuppæ globulis quot ad inunctas corporis partes tegendas ſint ſatis, mica præterea panis,& vas aquæ ad digitorum abſterſionem,quam vnà cum prædictis globulis ad Eccleſiam rediens, ſecum afferat, vt igni trádat, eorumq.cineres in ſacrarium immittat, ac candela ſaltim vna cerea accenſa præluceat.

DECRETVM VII.

SI ægrotum Parrochus in periculo videat, ommiſſis precationibus, quæ in rituali Romano habentur, ſingulas corporis partes, cum præſcripta verborum forma perungat, eo autem adhùc ſuperſtite, ommiſſæ precationes adhibeantur, quod ſi in ſacra vnctione, perſiegenda, ægrotus obierit, deſiſtat in totum, verùm ſi an efflauerit animam, dubitetur; tunc Parrochus ea additione vtatur, ſi es viuus, [1] per iſtam vnctionem, &c.

1 Silu.ver.vnctio,n.5. in fin.Nauarr.d.c.22. nu.13. Armil.ver.vnctio, nu.7. Victoria 222.

DECRETVM VIII.

SAcri olei vaſculum decenti, ac tuto loco in Eccleſia aſſeruetur, ac claue, quæ nulli credatur, diligenter cuſtodiatur, [1] quod ſi Parrochi domiciliũ ab Eccleſia longius diſtet, domi etiam alterum ſacri olei vaſculum, loco item decenti, & tuto, vt domeſticis numquàm pateat, vnà cum ſuperpelliceo, & ſtola, rituali libro, aſperſorio, cæteriſq. ad ſacram vnctionem noctũ ad ægrotos repentino aliquo caſu præferendam habere permittimus.

1 S.Carol.ſyn.4.decr. 9.

TITV-

TITVLVS XIV.

De Sacramento Ordinis.

DECRETVM PRIMVM.



RAECIPIMVS, vt Dominico illo die, qui quatuor ieiunij tempora quibus Ordinis Sacramentum ministraturi sumus proximè antecedit, Parrochi à nobis moniti, quod Ordinationes generales habebimus, non solùm solemne illud ieiunium Populo denuncient, [1] sed etiam & ordinationes de proximo à nobis habendas, & ob id in sua Ecclesia Parrochiali Litanias piè, & religiosè recitent, ac Deum toto corde exorent, vt ipse Dominus messis mittat operarios in messem suam, ac lumen nobis præbeat, vt ijs Ordines conferamus, quos vtiles operarios in sua Ecclesia futuros esse iudicauerit.

DECRETVM II.

ORdinati etiam ad primam tonsuram eorum Ecclesiæ Parrochiali ascribantur, in qua diebus Dominicis, & festiuis inseruiant, [1] & Parrochis in earum seruitio omninò obediant sub pœna quoad existentes in sacris pro qualibet vice, arbitrio nostro reseruata, quoad alios verò priuationis priuilegij fori, vltrà quod omnes prædicti non erunt exempti à taleis, seu Collectis. [2] Sciant etiam quod ad alios superiores Ordines, præcipuè verò sacros non promouebuntur, nisi Parrochi testimonium de prædicto seruitio præstito habuerint, [3] ac per omnes regulas Gramaticæ benè componere sciant.

DECRETVM III.

NEmo [1] ad Subdiaconatus ordinem promoueatur, qui redditus vel Ecclesiasticos, vel laicales ad sum-

1 S.Carol. de temp. ordin cap. 1. & in Syn. 3. Diœc. decr. 1. In prima tonsura requiritur septênium completũ, c. nullus, vbi gl. de têp. ordin: in 6. deinceps possunt conferri Ordines minores. add. ad Tolet. de ord. c. 3. n. 5. Ad Subdiaconatũ requiritur annus 22. ad Diaconatũ 23. ad Presbyteratum 25 annus, & in his satis est, annum esse inchoatum. Conc. Trid. sess. 23. c. 12. Nauarr. in Man. c. 25. n 116. add. ad Tolet. d. c. 3. n. 5. thes. fori Eccl. c 4. nu. 31.

1 Conc. Trid. sess 23. cap. 6.

2 Pragm. Ferdinan. I. ver. cum igitur, & c. Regni 98. vbi Doctor. ex constit. Honorij I. Sum Pont. in qua fundantur dicta iura huius Regni.

3 Conc. Trid. d. sess. 23. c. 11. & 12.

1 Conc. Trid. sess. 21. c. 2. de refor. S. Carol. de temp. ordin. c. 49. & c. 54. Aduerte quod qui sine titulo initiatus est Subdiaconatu, vel Diaconatu nô potest sine nouo tit. promoueri ad Sacerdotiũ, quia iura in omni sacro ordine id prohibent distributiue, non collectiue, & ideo qui aliter ordinatus fuerit incurrit suspêsionem. hæc est sententia Sacr. Cong vt testatur add. ad Card. Tolet. de Ordine. c. vlt. ver. quinto, & sic Ordinatus per mendacium decipit Episcopum, narrando patrimonium fictum est suspensus. Nau. cons. 46. de temp. ordin. add. ad Card. Toletum de ordine loco citato.

summam ad minus triginta ducatorum monetæ Regni in singulos annos oneribus, & expensis deductis ascendentes sine vlla controuersia non possideat,& de hoc testes in nostri præsentia deponere cum iuramento debeant, ac vt fraudibus, quæ interdum circa constituendum titulum Patrimonij [2] ordinandorum à parentibus, consanguineis, seu ab alijs committuntur, quantùm in nobis erit occurramus,præcipimus primo sub excommunicationis pœna donatori, vt non præsumat talem assignationem efficere super censibus, seu redditibus alijs assignatis, vel obligatis, vel quorum ipse non est verus, & legitimus dominus; [3] & hoc debeat exprimi in ædicto sacræ ordinationis. Insuper volumus, vt eiusmodi contractus coram nobis, aut nobis absentibus, coram Vicario nostro Generali celebrentur, qui præterea à duobus probatæ vitæ hominibus iuratis, testimonium accipiat, bona, vt suprà assignata, ordinando, ab assignante verè, & pacificè tunc possideri, & eiusmodi esse, vt à nemine potiori iure repeti, aut euinci numquam possint, & ad prædictam summam ducatorum triginta ascendere, atque tantùm superesse assignanti, quantùm & ad vitam sui ipsius sustentandam, & ad alendam familiam, si quam habet, satis esse possit. Promouendus etiam iuret se fructus illos, aut bona numquam assignanti retrocessurum, aut quouis pacto alienaturum, vel obligaturum, [4] nisi in Ecclesiasticis, vel alijs redditibus habeat, vnde commodè viuere possit, [5] ac de nostra licẽtia in scriptis, aliàs eo ipso suspensus censeatur, quod si in patrimonio constituendo, fraus, vel pactio aliqua illicita, seu quæuis fictio, & simulatio admissa fuerit præter periurij, & falsi pœnas, laici ab ingressu Ecclesiæ sint, ipso facto, interdicti; promouendus verò ab exequutione susceptorum ordinum, sit eo ipso suspensus, [6] & ad maiores Ordines inhabilis, & has pœnas in iuramenti delatione Vicarius noster Generalis, & Cancellarius singulis notificet.

2 Donatio facta à patre filio vt promoueri possit, non imputatur ei in legitimam. Crau. cons. 19. & cons. 136. Thob. Non. cons. 49. n. 12. late Ripa in l. in quartam. ff. ad leg. fal. Dec. cons. 216 n. 2. & cõs. 239. Soc. iun. cõs. 67. n. 58. & cons. 165. n. 4. lib. 2. Cont. tenet Rolan. cons. 70 vol. 4.

3 Sum. Bull. ver. ordo, fol. 382. ver. præcipitur etiam, vbi testatur, ita seruari Neapoli, & si adsunt alij filij debet donans reseruare sibi, & filijs victum. Man. Pastor. c. 55. nu. 10.

4 Ita etiam in Curia Archiep. Neap. decretum est pro validitate donationis à laico faciendæ, ne fraus aliqua lateat. Summ. Bull. ver. ordo, fol. 382. Nau. cons. 17. de temp. ordin.

5 cap. neminem, cap. Sanctorum, 70. d. Cõc. Trid. d. c. 2. in fin.

6 d. c. Sanctorum, & d. cap. neminem. Nauar. in Man. cap. 27. n. 158. & cons. 21. 23. 46 de temp. ordin. Suar. disp. 31. sect. 1. nu. 35. add. ad sum. Tolet. de sacr. ord. cap. 8. nu. 9. Man. Pastorum, c. 55. nu. 8. S. Carolus de temp. ord. cap. vlt. Nau. cons. 1. nu. 45. de const. summ Bullarij, ver. ordo, fol. 380.

DECRE-

DECRETVM IV.

VT autem prædicta omnia ritè fiant, monemus, vt ad sacros Ordines promouendi per mensem [1] antè ordinationem nos adeant ad hoc, vt Parrochus, vel alius de ordine nostro publicè in Ecclesia inter Missarum solemnia desiderium, promouendi Populo annunciet, ac de ipsorum, ordinandorum natalibus, ætate, moribus, frequentia Sacramentorum, seruitio præstito Ecclesiæ, cui ascriptus est, & redditibus Ecclesiasticis, [2] vel sæcularibus, à fide dignis diligenter inquirat, qui de omnibus fideliter obsignatis litteris, [3] nos certiores faciat, publicatio verò fiat die Dominico in Ecclesia Parrochiali ipsius ordinandi, quod si aliæ Ecclesiæ inseruiat, volumus, quod in illa etiam fiat publicatio; ad examen verò compareant feria quarta [4] antè ordinationem, vel quando nos indicemus.

1 Conc. Trid. sess. 23. cap. 5.

2 Nō potest quis promoueri ad sacros Ordines ad titulum Capellaniæ ad nutū amouibilis Maiolus de irreg. lib. 4. c. 15. nu. 4. Garcia de Benef. p. 1. c. 2 §. 1. n. 83. prax. Archiep. c. 81.

3 S Carol. Actorum par. 3. formulæ variæ. fol. 210. & par. 2. fol. 580.

4 Conc. Trid. sess. 23. c. 7. c. quando, 24. d.

DECRETVM V.

CAncellarius Curiæ nostræ librum habeat, in quo diligenter conscribat Clericorum omnium tàm sæcularium, quàm Regularium, qui à nobis ad aliquem Ordinem, siue ex maioribus, siue ex minoribus, vel ad primam tonsuram ordinati fuerint, nomina, cognomina, Patriam, diem, & titulum beneficij, vel Patrimonij, & si alterius sit Diœcesis, etiam illa ponatur, & tunc litteras dimissorias conseruet in filza.

TITVLVS XV.

De Sacramento Matrimonij.

DECRETVM PRIMVM.



ANTEQVAM Matrimonium denuntiet Parrochus, inquirere debet, qualis sint, [1] de quorum contractu agitur. An ætate legitima, quæ debet in masculo, excedere decimum quartum annum, & in fœmina duodecimum, [2] quæ sit eorum conditio; An aliquo

1 Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. matr. c. si. 31. q. 2. Euaristus Papa epist. 1.

2 cap. vn. de despons. impub. in 6. c. puberes, ex cod. tit. Nau. in Man. c. 22. n. 29. Card. Tolet. lib. 7. c. 20. limitatur, nisi malitia suppleat ætatem. gl. d. c. vn. ver. supplebat, & tunc requiritur quod sint proximi pubertati. Silu. ver. matrimonium 5. n. 2. & ibi ponit quomodo cognoscatur ista malitia, vide gl. & Doct. d. c. vn.

aliquo propinquitatis gradu sint inter se coniuncti deindè habito amborum consensu. An eis placeat, procedi ad denunciationes [3] & tunc tribus continuis festis de præcepto Ecclesiæ diebus, publicè in Ecclesia, vel Ecclesijs, [3] si diuersæ Parrochiæ contrahentes fuerint inter missarum solemnia, denunciationes [4] trinas faciat, nec vllam remittat sine nostra vel Vicarij nostri, nobis absentibus licentia in scriptis [5] notificetq. Parrochus, quod qui falsum aliquod impedimentum malitiosè attulerit, quo futurum legitimè matrimonium impediat, præter alias Iuris pœnas [6] excommunicationis etiam gladio punitur. [7]

DECRETVM II.

QVo die denunciatio vltima facta est, ne ipso die, nisi impetrata licentia, [1] vt supra matrimonium celebret, nisi ea denunciatio facta sit pridiè illius diei, quod est initium Quadragesimæ, vel Aduentus, & tunc Parrochus Populo, antecedente denunciatione significet eo die, quo postrema denunciatio fiet, matrimonium esse celebrandum, [2] hortetur verò, vt in alterum, aut tertium, aliumvè diem differant consumationem, ac intereà orationi frequentius vacent, & missam, quæ habetur pro spōso, & sponsa, celebrari, curent. [3]

DECRETVM III.

MAtrimonium in Ecclesia Parrochiali, vbi sponsus vel sponsa inhabitat & coràm proprio Parrocho, vel alio Sacerdote de ipsius licentia [1] in scriptis celebretur, [2] antè Altare maius, vbi etiam fiat benedictio iuxta formam Missalis, ac de mane, & orto sole

3 Conc. Trid. loc. cit. Syn. col. celebr. an. 1549. Syn. Augu. c. 21.
4 late Menoch. de arbitr. caf. 453.
5 Quàdo suspicio est, matrimoniū malitiosè impediri posse, vel instat sacri Aduētus, vel Quadrag. tempus. S. Carol. de sponf. c. 21. & primo casu debent fieri ante consumationem Conc. Tri. sess. 24 c. 1. de reform. matr. S. Carol. hoc tit. c. 17.
6 c. cū inhibito §. fin. de cland. desponf. Lopez ad Diaz in praxi c. 75. ver. 16. S. Carol. de sponf. cap. 10.
7 Nauar. in man. c. 22. n. 83. vbi etiam subdit quod testimonium vnius sufficit c. super eo de testib. c. præterea il secōdo de spōf. sed tu vide Couar. de sponf. 2. par. c. 6. §. 10. nu. 21. Farin. de testib. q. 63. num. 48. & q. 69. cap. 2. aduerte quod testes deponentes de impedimentis matrimonij debent computare gradus à stipite, idest a parentibus vel saltem à germanis c. tua nos de conf. & affi. vide gl. in c. de parentela ver. diuerso 35. q. 6. & debent isti testes habere requisita tex. in cap. licet ex quadam de testibus.

1 S. Carol. in Syn. 3. Diœcef. dec. 32. 2 S. Carol. tit. de sponf. & matrim. cap. 13. 3 S. Carolus hoc tit. cap. 23.

1 S. Carol. de sponf. c. 1. quando matrimonium contrahitur in Parrochia habitationis viri sufficit Parrochus viri, similiter si in Parrochia fœminæ sufficit ipsius Parrochus, ita declarauit S. C. vt refert Nauar. conf. 3. de cland. desponf. & debet esse Parrochus domicilij non originis. Sanchez de matr. lib. 3 disp. 23. nu. 3. & si quis habet duo domicilia, puta in æstate in vno oppido, in hieme in alio, potest coram vtroque Parrocho celebrare matrimonium. Sanchez loco cit. disput. 24.
2 Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de refor. matr. S. Carol. Syn. 3. Diœcef. dec. 35.

sole, & non ante diem, neque alio loco, aut alia Ecclesia, quod si domi quandoquè fieri, à nobis concedetur, [3] id fiet loco eius decentiori, vbi sit item Sacra Imago, alijs prophanis reiectis, memineritq. præter ipsius Parrochi etiam duorum, vel trium testium præsentiam necessariam esse, ac ne matrimonio iungat, qui doctrinæ Christianæ rudimenta ignorant, quæ sunt Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica, Symbolum Apostolorum, ac decem præcepta Decalogi. Similitèr nec incertas sedes habentes sine nostra licentia in scriptis [4] quæ non concedetur, nisi constito eos, & solutos esse, & à Catholica Communione non alienos. [5]

3 S.Carol.de sponf.c. 7. quod quidem raro fieri debet, & tunc poterit aliqua eleemosyna Ecclesiæ Parroch. dari, de qua Parrochus quietantiam faciat pro oleo Sanctissimi Sacramenti, vide not. in fine in ædicto 4. de obseru. fest. n. 19. talis autem licentia non concedatur nisi ex causa rationabili, eaque vrgenti, de qua cõstare debeat in actis Curiæ Episcop.

4 Conc. Trid. sess. 24. cap. 8. de ref. matr.

5 S.Carol. de spõs. c. 3

DECRETVM IV.

SI intrà mensis vnius spatium [1] à die vltimæ denunciationis factæ matrimonium ex aliqua causa non fuerit celebratum, tunc denuò trinæ denunciationes habeantur, nisi alitèr nobis visum fuerit.

1 S.Carol. dict. Syn. 3. decret. 31.

DECRETVM V.

SPonsi non tantùm simùl non cohabitent, sed ne vllo quidem modo mutua consuetudine, vel comercio vtantur, [1] antequam matrimonium in Ecclesia per verba de præsenti fuerit coràm Parrocho, & testibus celebratum sub pœna excommunicationis [2] & alijs in nostro ædicto contentis, quod si vnà coierint, quia in hoc sæpè delinquitur, absolutionem nobis reseruamus. [3]

1 Conc. Trid. d. sess. 24 cap. 1. de ref. matr.

2 S. Carol. tit. de spõs. & matr. cap. vlt.

3 S. Carol. d. tit. cap. 6.

DECRETVM VI.

VIduis nequaquam pateat ad secundas nuptias transitus, donec certus prioris coniugis obitus nobis, [1] vel nostro Vicario nobis absentibus, legitimè constet, & à nobis licentia concedatur.

1 c. si quis necessitate 34. q. vlt. quando dicatur, certè constare de obitu mariti, consule Farin. de delict. carnis, q. 140. par. 4. num. 42.

DECRETVM VII.

SI Parrocho aliquod denuncietur impedimentum, is, ne vlterius progrediatur, nec etiam ad alias denun-

denunciationes, etiamsi illud sibi videatur falsum, vel malitiosum, seu nullius momenti; sed rem totam ad nos deferat, [1] nec quicquam statuat, quàm de eo, quod faciendum sit, responsum acceperit sub pęna suspensionis.

1 cap. cum inhibitio, §.1. de cland. despos. S.Carol.d.syn.3. dec. 14.

DECRETVM VIII.

IN Aduentu, & Quadragesima prohibentur nuptiarum solemnitates, conuiuia, traductio ad domum, & carnalis consumatio. [1]

1 Silu. ver. matrimonium,7.n.2. Nauar.c. 22.n.71.collect c.Cappellanus defer.par.1. est resolutio Sac. Congreg.Conc.ad cap.10. sess.24.Conc.Trid.ad Episc.Veron.

TITVLVS XVI.

De Festorum obseruatione.

DECRETVM PRIMVM.



DE Sanctæ Annæ Matris Beatæ Virginis festo obseruando die xxvj. Iulij quolibet Anno.

Quoniam verò non desunt hostes generis humani, qui Gregem nostrum circumeuntes impugnent, & ad malam vitæ consuetudinem inducant, ęquum duximus inter Sanctos tutelares; [1] quibus hæc nostra Diœcesis protegitur. [2] Beatissimam etiam Annam [3] adscribere, quæ vt meruit, lucem nobis omnium virtutum, Mariam scilicet Dei Genitricem gignere, ità etiam proculdubio affirmandum iudicamus, eam in Cœlis apud Iesum Christum Redemptoré, omnia quæ videt in nostram cadere vtilitatem impetraturam. Nihil non dabit Nepos Omnipotens, & Amantissimus, Auiæ dulcissimæ, & si qua in re fortè deesset Auia, adiuuabit Matris suæ partes, Maria. Quid ergò ad nostrum profectum non impetrabunt Sanctissimæ Patronæ apud Deum? Quapropter hac nostra synodali constitutione decernimus, [4] omnibusq. præcipimus, vt diem festum Beatissimæ Annæ, vtpotè tutelaris Patronæ religiosissimè colant, nullumq. in eo opus seruile exerceant, [5] cumquè

1 Primum locum obtinet Restituta Virgo, & Martyr Rom. de qua in Martirol. die 17.Maij. S. etiã Iulianus Dalmata 27. Ian. & S. Dominicus Abb. Fulginaten. die 22. eiusdem mensis.
2 cap. vlt.lib.2. Machab.
3 Hanc Gregor.XIII. fæl.recor. Kalendario ascripsit, ac officio duplici vbique celebrari mandauit, vt in eius const. incip. Sancta Mater,Kal.Maij, anno 12. de ipsis laudibus S.Ioannes Damascen. de fide orthodoxa, lib.4. cap.15.
4 cap.fi.de ferijs. Concil.Triden.sess.25. de reg. cap.12. Prax.Archiep.Neap.c.62.n.6.
5 Conc.Trid.loco cit.

què ità venerentur, vt meritò propter talem obseruantiam hostium omnium Beatissimæ Annæ suffragijs eludantur insidiæ, & Christo Saluatori placeat obsequium nostrum.

Dies festiui obseruandi de Præcepto.

MENSE IANVARII.
1 Circumcisio Domini.
2 Epiphania Domini.
22 Dominici Cōf. in Ciu.
27 Iuliani Mart. in Ciuit.
FEBRVARII.
2 Purificatio B. Virginis.
24 Matthiæ Apostoli.
MARTII.
7 Thomæ de Aquino.
25 Annunciatio B. Virg.
APRILIS.
25 Marci Euangelistæ.
MAII.
1 Philippi, & Iacobi Ap.
3 Inuentio S. Crucis.
27 Restitutæ Virg. & Martyr. in Ciuitate.
IVNII.
3 Octaua S. Restitutæ in Ciuitate.
24 Natiuitas S. Io. Bapt.
29 Petri, & Pauli Apost.
IVLII.
25 Iacobi Apostoli.
26 Annæ Matris B. Mariæ nos indicimus.
AVGVSTI.
10 Laurentij Martyris.
15 Assumptio B. Virginis. d. c. fin. de fer. c. 1. de consl. d. 3.
22 Dedicatio Ecclesiæ S. Dominici in Ciuit.
25 Bartholomæi Apost.
SEPTEMBRIS.
8 Natiuitas B. Virg.
19 Ianuarij, & socior. mar.
21 Matthæi Apostoli.
29 Dedicatio Michaelis Archangeli.
OCTOBRIS.
28 Simonis, & Iudæ Ap.
NOVEMBRIS.
1 Omnium Sanctorum.
2 Commemoratio fidelium Defunctorum de mane tantùm.
11 Martini Episc. & Cōf.
30 Andreæ Apost.
DECEMBRIS.
8 Conceptio B. Virg. in Ciuitate tantùm.
21 Thomæ Apostoli.
25 Natiuitas D. N. Iesu Christi.
26 Stephani Protomart.
27 Ioan. Apost. & Euang.
28 Sanctorū Innocentiū.
31 Syluestri PP. & Conf.

In Iudicijs seruentur etiam dies festiui Cameræ Apostolicæ; & ideo in nostra Cancellaria continuò habeatur affixa tabella impressa in Vrbe, & illi etiam sint dies festiui in hoc Tribunali, in quibus ponitur A, non autem vbi est C, quia sunt festa Curiæ Capitolij, quæ hìc non seruantur.

Festa Mobilia.

Dominica Resurrectionis Domini, cum duobus diebus sequentibus.
Ascensio Domini.
Pentecostes cum duobus diebus sequentibus.
Sanctissimi Corporis Christi.
Omnes dies Dominici.
Primus dies Visitationis nostræ in qualibet Terra, ne visitatio reddatur nullius vtilitatis.[1]

1 S.Carol.tit.de cens. c.6. Fuscus Episcopus Sarnen. de vitit. lib.1. c.4.nu.16.

DECRETVM PRIMVM.

MAndamus omnibus vtriusque sexus Christifidelibus, vt in festis colendis ea obseruent, quæ in edicto, ad hoc vulgari lingua edito præcipimus, cuius tenor in fine harum Constitutionum habetur.

DECRETVM II.

PRæcipimus etiam, quod in solemnitatibus, quæ occurrunt, omninò abstineant à saltationibus,[1] sonis, & canticis; sed quilibet deuotè Ecclesias de die, & non de nocte visitent, sub pœna excommunicationis.[2]

1 cap. decet, de immun Eccl.in 6.c.2. de consec.d.3.
2 Vide de hac commi natione gl. c.1. de sagittar. Nau.cons.2.de sent.excommun. & in Man. c.27.n.12.

DECRETVM III.

SIngulis Dominicis diebus inter Missarum solemnia festa de præcepto in sequenti hebdomada seruanda Curati pronuncient[1] docendo, quod dies festus incipit à media nocte diei præcedentis, & terminatur ad aliam mediam noctem sequentem,[2] & scribant dictos dies festos

1 cap.1.de cons. d.3.
2 l. more Romano, ff. de fer. S.Carol.Syn.4. dec.3.latè Couar. videndus lib.4. var. resol.c.19.n.9. in fine.

ftos in tabella publica, & in loco patenti in Ecclefia appenfa; moneant etiam Curati Dominos agrorum, & animalium, vt Bubulcos, atque Porcarios, & alios Paftores, vel Aratores, qui in agris affiduè commorantur, [3] vel in fyluis more pecudum viuunt, in Dominicis, & alijs feftis diebus ad Miffam faltim faciant eos venirè.

DECRETVM IV.

MOnemus, & hortamur omnes, vt fuas Parrochias frequentent feftis diebus, præcipuè folemnibus, [1] cùm non poffint eas ommittere fine fcandalo, [2] cum in eis annuncientur dies feftiui, denunciationes Matrimoniorum, excõmunicationes, ædicta Epifcopalia, & fimilia.

DECRETVM V.

COnfuetudinem prauam, quam in noftra Diœcefi inuenimus, corrigentes, ftatuimus, [1] quod in diebus Dominicis, & feftiuis quilibet Miffæ facrificio interfit, nec excufari poffit, quod non fit elapfum triduum mortis alicuius confanguinei, & hoc decretum Curati fæpe Populo annuncient.

DECRETVM VI.

DIebus feftiuis laici non ludant chartis, [1] taxillis, & alijs ludis prohibitis [2] publicè, & in locis, vbi confpici poffint, fub pœna excommunicationis, [3] nec perfonati homines incedant.; [4] & alia feruentur, quæ in noftro ædicto difpofita funt.

TITVLVS XVII.

De Ieiunij obferuatione.

DECRETVM PRIMVM.



T ieiuniorum tempora falubriter inftituta, [1] qua decet Religione, feruentur, ea quæ ædicto noftro difpofuimus Quadragefimali tẽpore [2] obferuari mandamus, cuius exemplum in fine harum Conftitutionum ponetur.

3 Conc. Rothomag. cap. 5.

1 Conc. Trid. fefs. 22. in decreto obfer. in Miffa, ver. moneant. Card. Tolet. in fumm. Sacerd. lib. 6. cap. 7.

2 Car. Tolet d. c. 7. n. 1

1 Card. Tolet. loc. cit. c. 9. ver. tertia caufa, in fi. vbi dicit, quod tales confuetudines debent corrigi per Epifcopos.

1 Medin. de lud. §. 28. ver. quartũ caput. Feder. de Sen. conf. 2. Cõcil Arelaten. can. 79.

2 l. alearum, C. de Relig. & fumpt. fun. qui fint ludi prohibiti, declarat Tolet. lib. 5. c. 27. n. 3.

3 Feder. loc. cit. Præpof. Alex. in c. Epifcopus, n. 6 35. d. Puif. de Put tract. de lud. n. 12. Seuer. in eod. tract nu. 76. ver. videretur dicendum. Capr concl. 86. nu. 28 Amad de fynd. n. 96 Henr. de fynod Epif art. 1. concl. 13. nu. 142 Maluet. de lud. taxill. n. 4.

4 S. Carol. de fer. c. 1. & Act par. 2. fol. 248. vbi Canones ponũtur circa hoc ibi faltationes, & eadem par. 2. fol. 131. vbi eft ædictum particul. de hoc.

1 cap. fexto dic. 35. d. c. ieiunia in Ecclefia, cum tribus fequen. de conf. d 1. Conc. Nic. 1.

2 cap. ftatuimus, cum duob. fequen. 76. d. c. folent, de confec. d. 1. c. Quadragefima. c. ieiunium, de confec. d. 5 S. Clem. Conft. Apoft. lib. 5. c. 9. S. Effrem de ieiun. S. Ambrof. lib. 10. cap. 82. S. Igo. epift. ad Philip.

tur. Sciant pariter omnes eodem modo, & sub eisdem pœnis ieiunia seruanda esse in quatuor anni temporibus, [3] & in Vigilijs Sanctorum [4] ab Ecclesia statutis.

3 cap. ieiunium, cum plur. sequen. 76.d.
4 cap. 1. de obseru. ieiun.

DECRETVM II.

MOneant etiam Parrochi Populum sibi commissum, quod parùm prodest homini per ieiunium se à cibo temperare, si animus sit vitijs obtemperans, [1] & ideò sciant, quod sicut caro ab alimentis abstinet, ità quoque mens à culpa ieiunare debet, non enim fructuosè corpori escha subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocetur, [2] & proinde ieiuniorum tempore orationi, & diuinis officijs, & alijs pijs actionibus vacandum est, vt ieiunia suscepta nobis prosint; hoc enim modo facta diuinæ sunt placita pietati. [3]

1 cap. ieiunium, c. nihil, de consec. d. 5.
2 S. Leo Papa serm. 4. de Quadrages. S. August. tract. 17. in Ioan. post initium.
3 cap. habeatur 18. d. c. quid prodest, 86 d.

DECRETVM III.

Ieiunia obseruanda.

OMnes dies Quadragesimæ, præter Dominicos, [1] quatuor anni tempora. [2] Vigiliæ [3] Pentecostes, [4] Natalis Domini, [5] Assumptionis Beatæ Virginis, Sanctorum Apostolorum (exceptis Ioannis Euangelistæ, ac Philippi, & Iacobi) Omnium Sanctorum, Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, Laurentij Martyris. [6] Quod si hæ festiuitates secunda feria celebrari contingat ex Innocentij III. Const. [7] in præcedenti sunt sabbatho eorum Vigiliæ ieiunandæ.

1 d. c. statuimus, cum alijs suprà alleg. can. apost. 68.
2 d. c. ieiuniũ, fuit institutum à S. Calixto, vt in eius lect. 4. in Breuiario imitando. Zacch. Proph. c. 8. Cócil. Magunt. sub Carolo Magno c. 34.
3 c. 2. de obser. ieiun.
4 cap. de ieiunio. c. nosce, 76. d. Silu. verb. ieiunium, n. 5.
5 cap. 1. de obser. ieiun. Silu. loc. cit. Armill. ver. ieiuniũ, n. 3.
6 d. c. 2. Card. Tolet. lib. 6. cap. 3.
7 c. 1. de obser. ieiun.

DECRETVM IV.

ABstinendum est à carnibus absque ieiunio in omnibus Dominicis Quadragesimæ, [1] qualibet feria sexta, [2] & sabbatho; [3] si verò festum Natiuitatis D. N. celebretur feria sexta, ex Honorij III. constitutione [4] propter festi excellentiam, vsus carnium conceditur, non tamen illis, qui voto, aut regulari obseruantia sunt astricti.

1 c. ieiunium, cum sequen. de cons. d. 3. c. sacerdos, 26. q. 7. Conc. Carthag. 4 can. 64.
2 c. 3. de obser. ieiun.
3 c. de æsu carnium, c. sabbatho, de cons. d. 3. c. ieiunia, ead. d.
4 d. c. 3.

cti. Qui verò ob deuotionem voluerint eo die à carnibus abstinere, vt eadem Constitutione cauetur, non sunt reprehendendi. Decernimus insuper, quod tàm in ieiunij obseruatione, quàm circa æsum carnium dies incipiat à media nocte, & terminetur in sequenti media nocte. [5]

TITVLVS XVIII.

De Celebratione Missarum.

DECRETVM PRIMVM.



AVCTORITATE nobis concessa [1] reducimus omnes Missas, itaut pro qualibet habeant Sacerdotes carolenum vnum pro eleemosyna, & pro his, qui minorem eleemosynam dederunt, habeatur Collecta in Missa, vel in Memento fiat eorum commemoratio, [2] & Missæ, quæ non possunt celebrari die statuta à testatore, celebrentur die sequenti non impedita. Aduertant etiam Sacerdotes, vt in Sacristiam Missam inueniant, ac signacula in Missali componant. Quando Episcopus celebrat, nullus alius Sacerdos incipiat Missam, [3] neque in Altari, in quo ipse celebrauit alius, ea ipsa die Missam celebret, sine eius licentia [4] sub pœna arbitrij. Pauperes etiam non permittantur, eo tempore discurrere per Ecclesiam, sed ad ipsius ianuam permaneant pro quærendis eleemosynis iuxta Constitutionem Pij V. [5]

DECRETVM II.

OMnes Clerici huius Ciuitatis cuiuscumque gradus, & conditionis sint, celebrante Episcopo, vel alios actus Pontificales solemniter exercente, debeant cum superpelliceis, habitu, talari, & tonsura assistere, ac eundem Cappa indutum cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis [1] ex ea Aula, seu Camera Palatij, quam ad hoc destinauerit ad Ecclesiam progredientem comitari, & de-

5 c. denique, 4. d. l. more Rom. ff. de fer. Tolet. lib. 6. cap. 5. ver. ille ergo.
1 Conc. Trid. sess. 25. cap. 4.
2 Ita declarauit Sacr. Cong. vt testatur Praxis Archiepisc. Neap. cap. 24. nu. 9. vnantur eleemosynę, quę constituant vnum carolenum, & dicatur Missa.
3 S. Carol. par. 1. hoc tit. cap. 35. & par. 2. in instr. pro celeb. Miss.
4 c. fin. de consec. d. 2.
5 Incip. cum primum, Kal. April. ann. 1566.
1 Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. c. Episcopus Deo, de cons. d. 1. & c. iubemus, ead. d. extat decretum Sac. Concil. sub his verbis, Canonicos accedere debere ad cubiculū Episcopi, quoties ipse nō priuatim, sed Pontificaliter cum Cappa in diebus festiuis, & solenibus voluerit descēdere, vt assistat vel horis diurnis, vel Missæ sacrificio, multoq. magis si ipsemet sit celebraturus; in reditu verò vsque ad ostium domus Episcopi, Episcopo præcedente, ipsisq. sequentibus comitari debere, in diebus autem feriatis, quādo priuatim venit in Ecclesia celebraturus, aut quicquid aliud acturus debere nonnullos ex Canonicis accedere ad ostiū Ecclesiæ, & Episcopū comitari id ipsumq. in reditu obseruandum.

& deducere, prout hactenùs laudabiliter obseruatum est,& in nouo Cerimoniali [a] disponitur sub pęna nostro arbitrio reseruata pro quolibet non obseruante, quod si legitime fuerint impediti, nos quam primùm certiores faciant.

a Lib. 1. cap. 15.

DECRETVM III.

Clericale biretum Sacerdos ad Altare, nisi Regularis sit, perferat, numquàm verò super eo deponat; [1] sed ministro, qui Clericus sit, vel saltim veste, talari, & superpelliceo sinè manicis, si fieri potest indutus, porrigat, subbirretum autem in Missæ sacrificio nemo sine nostra licentia in scriptis in capite retineat, [2] & anulum similitèr tunc deponant, quibus alibi gestare permissum fuerit.

1 S. Carol. hoc tit. cap. 15.

2 c. nullus Episc. de cõs. d. 1. Silu. ver. Missa 1. q. 1. Sot. d. 13. q. 2. art. 4. & tunc antè Canonem deponatur nec reassumatur, nisi post purificationem.

DECRETVM IV.

Sacerdos indutus ad Altare neminem expectet, neque alicuius causa Missam inchoatam, aut eius initium repetat, nec ipsam in Parrochiali Ecclesia cuius vis personæ gratia differat, vel anticipet, nec antè Auroram, aut post Meridiem, nisi in casibus, à iure permissis, Missam celebret, nec nisi recitatis saltèm Matutinis horis, [1] nisi vrgens, vel rationabilis causa aliud exposcat.

1 Silu. ver. Missa qu. 6. Armill. eod. ver. nu. 3. Nauar. in man. cap. 25 nu. 83. sic etiam præcipitur in Miss. Rom.

DECRETVM V.

Ignoti, & vagi Sacerdotes in Ecclesijs etiam regularium nostræ Dięcesis Missam celebrare non permittantur absquè nostra, seu Vicarij nostri Generalis, nobis absentibus, licentia sub pœna vnius ducati quoad Sacristam, sciantq. quod eam non obtinebunt, nisi cũ litteris dimissorijs suorum ordinariorum, quæ etiam recentes sint, ac nisi habitum, talarem, & tonsuram deferant.

Conc. Trid. sess. 22. in decr. de obser. in Missa circa med.

DECRETVM VI.

Sacerdotes etiam Regulares in Oratorijs Confraternitatum, vel alijs Cappellis sacrum non faciant antequam

Conc. Trid. loco cit. ver. moneant, & c. hoc attendendum de consecr. dist. prima.

tequam Parrochus, in cuius Parrochia, Oratoria, & Cappellæ sitæ sunt, celebrauerit, ac Concio, si quæ habebitur, absoluta fuerit sub pęna nostro arbitrio reseruata.

c. si quis etiam extrà Parrochias de cõs. d. 1. S. Carol. hoc tit. c. 6. & c. 35. Henr. de Syn. Episc. in 1. art. concl. 13. nu. 208. & 213.

DECRETVM VII.

MIssam nouam celebrare, nemini liceat, nisi priùs ab aliquo, de ordine nostro, vel Vicarij nostri examinatus, [1] & approbatus fuerit, nec faciant saltationes, conuiuia, & eleemosynarum publicæ exactiones, sub [2] pęna arbitrij, permittimus autèm, quod post offertorium in imo Altaris gradu consistens, quod sponte offertur, recipiat, manipulum, aut Sanctas Immagines [3] porrigat, deosculandas, patenam autèm, aut sacras Reliquias, vel manus numquàm, nec vllo pacto, per Ecclesiam quærendo eleemosynas vagetur, nec extra illam in priuatis domibus sacris vestibus induatur, minusq. sub vmbrella recipiatur, sub pęna suspensionis, & alijs, nostro arbitrio; prohibemus etiam commessationes, & Conuiuia, quæ in his nouellis Missis fieri solent, sub pęna arbitrij.

1 S. Carol. hoc tit. cap. 13. & seq.

2 Conc. Trid. d. decr. ver. cũ igitur multa.

3 S. Carol. c. 32. decr. Sacr. Cong. Concil. in sess. 22. cap. 1. in decreto de obseruandis in Missa his verbis. Sacerdotibus Missas nouas celebrantibus, licet se vertere tantùm in medio Altaris ad Populum & accipere oblationes, nõ autem hac de causa Ecclesiam circuire.

DECRETVM VIII.

MIssa, quæ vnica à solo Parrocho dicitur, recitetur pro Populi commoditate; vbi verò plures Missæ sunt celebrandæ, vna in Aurora pro operarijs, vel iter facturis dicatur, reliquæ verò debitis interuallis ita distribuantur, vt postrema post conuentualem, quò tardiùs fieri potest, celebretur, sub pęnis nostro arbitrio reseruatis.

S. Carol. hoc tit. c. 8.

DECRETVM IX.

CVm plures Missæ in eadem Ecclesia eodem tempore sunt celebrandæ, aduertatur, quantùm fieri potest, ne ob propinquitatem Sacerdos alterum impediat, [1] ac ne in duobus Altaribus, è Regione positis eodem tempore celebretur, nè Missæ sacrificio præsentes, auersa

1 S Carol. hoc tit. 6. & cap. 44.

auersa terga celebrantibus habere cogantur, nec recedant à Missa, nisi absoluto Euangelio post benedictionem, legi solito.[a]

a Card. Zabar. Clem. 1. in prin. nu. 8. de celebr. Miss. Henr. de syn. Episcopi, par. 2. nu. 51.

DECRETVM X.

INter legendum vltimo loco Euangelium, caueat Sacerdos, ne Calicem abstergat, vel Corporale plicet, aut aliud eiusmodi quicquàm faciat, sed Missa absoluta Altari, & nobis, si præsentes fuerimus, præterea nemini reuerentiam faciat.

DECRETVM XI.

S. Carol. Syn. 2. dec. 11.

IN diebus Dominicis, vel festiuis de præcepto, & in duplicibus nullus Curatus audeat celebrare Missam aliam, nisi temporis, ac in eleuatione Sanctissimi Sacramenti in qualibet Ecclesia Parrochiali in Missa ipsius Parrochi, si solus fuerit, vel in Missa Conuentuali detur signum Campanæ, quo Populus sciat eleuationem Sanctissimi Sacramenti fieri, in alijs Missis Campanula pulsetur sub pœna arbitrij.

DECRETVM XII.

Ita seruatur in Vrbe in formulis impressis.

QVilibet Curatus, seu Procurator Ecclesiæ, vel ille, ad quem spectat, conficiat librum, in quo describantur dies persolutionis oneris cuiuscumque Missæ Anniuersariorum, officiorum, ac aliarum satisfactionum, ad quas tenentur iuxtà legata, & alias dispositiones, quarum tenor habeatur tabella publica in Sacristia appensa sub pœna arbitrij.

DECRETVM XIII.

IN Missa non dicantur plures tribus, aut ad summum quinque orationes, seu vt vocant, Collectæ, nisi vbi Ecclesiæ institutum aliud postulat,[1] nec Sacerdos in Missa alias orationes adhibeat, præter statutas ab Ecclesia,[2] Diaconi, & Subdiaconi saltem Dominicis, & festis

1 S. Carol. hoc tit. e. 12
2 Sot. in 4. d. 13. q. 2. ar. 4 concl. 5. ver. hoc autem in primis.

ſtis diebus, cum Altari miniſtrauerint, ſacram Euchariſtiam ſumant. [3]

3 Conc. Trid. ſeſs. 23. cap. 13. de reform.

DECRETVM XIV.

PRohibemus etiam, ne in Eccleſijs ruralibus, & Campeſtribus, quæ non exiſtunt clauſæ cum ſuis portis, & clauibus, nec habent Altaria conuenientia de ſuis debitis requiſitis prouiſa, & quæ non ſunt decenter coopertæ, Sacerdos aliquis non celebret, nec earum Rectores in eis celebrare permittant, ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, nec Altaria portatilia, vt dicunt, transferantur de vna Eccleſia ad aliam ſine noſtra licentia ſub pœnis arbitrio noſtro.

DECRETVM XV.

TRidentini Concilij [1] auctoritatem ſequuti præcipimus Curatis, vt ter ad minus in hebdomada, ac diebus Dominicis, & feſtiuis, niſi iure impediantur, Miſſam celebrare non ommittant; alijs verò Sacerdotibus diebus Dominicis, & feſtiuis. [2] Qui in ſacris ſunt, bis in menſe, alij ſemel ſacram Euchariſtiam ſumant, [3] aliàs à collectis non erunt immunes: [4] horumq; omnium fidem quarto quoque menſe, qui Eccleſijs præſunt exhibebunt, [5] Sacerdotes verò ſuſpenſi, vel impediti, hoc pane cæleſti frequenter reficiantur, præſertim verò feſtiuis diebus. [6]

1 Seſs. 23. cap. 14. in ſine extat ædictum bo. me. Card. Sabelli die 30. Octobris 1566. licèt ſit locale in Vrbe tantùm.
2 Sac. Cong add. cap. 14. Lunen. Sarzanen. Nau. in Man. cap. 25. nu. 88. Iac. de Graff. in caſ. conſc. p. 1. lib. 2. cap. 39. nu. 11.
3 S. Carol. de vit. & hon. Cler. cap 3.
4 Conſtitutio Honorij Papę, de qua in 3. par. ædict. 3. n 6. ibi Clericaliter viuunt.
5 S. Carol. de pœnit. & remiſs. cap. 3. & 23.
6 S. Carol. hoc tit. cap. vlt.

DECRETVM XVI.

PArrochi Populum frequenter hortentur, vt in ſua quiſque Parrochia [1] Miſſam audire, flexis genibus [2] non omittant, & ibidem conueniant, ad audiendum Verbum Dei [3] ſciant omnes, non excuſari ab hoc præcepto diebus Dominicis, & feſtiuis, ſub prætextu, quod non ſit elapſum triduum à die mortis ſui conſanguinei, nec mulieres infra 40. dies poſt partum, niſi infirmitate impediantur.

1 Conc. Trid. ſeſs. 22. in decr. de obſer. in ſacrif. Miſſæ propè fi. Card. Zabar. clem. 1. not. 8. de celebr. Miſs. Abb. C. vt Dominicis, per illum tex. de Parroch. glo. d. Clem. 1. Specul. tit. de conſt. in prin. Silu. ver. excommunicatio 2 §. 9. collect. c 1. de fer. Tolet. lib. 6. cap. 7. nu. 1. Sac. Congr. d. ſeſs. 22. ad Archiep. Toletanum.
2 Quando legitur Euangelium, debent ſtare. c. Apoſt. de conſ. d. 1.
3 Conc. & alij cit. n. 1.

TITVLVS XIX.

De Horis Canonicis.

DECRETVM PRIMVM.



IVINAE laudes per singulas horas cum pausa decenti, præsertim in medio cuiuslibet ver. Psalmorum [1] reuerenter in Choro ab omnibus persoluantur, silentiumq. seruetur, [2] & ob id dignior, qui in Choro reperitur, teneatur illud indicere, pœnamq. imponere eius arbitrio pro modo culpæ, omnesq. alij eidem obedire debeant, nec diuina officia, vel eorum pars aliquo modo ommittatur, sed si eodem die Canonici, aut alij, qui Choro interesse solent, sint obligati alteri Ecclesiæ inseruire, vel ita temporis ratio habeatur, vt in matrici Ecclesia eorum recitatio non ommittatur, vel pars Sacerdotum in alia Ecclesia inseruiat, prout dignior eiusdem Ecclesiæ arbitrabitur.

1 Clem. 1. de celebr. Miss. c. dolẽtes, & ibi gl. 1. eod. tit. Nauar. de hor. Can. cap. 17. n. 43.
2 Nauar. loc. cit. n. 15.

DECRETVM II.

QVilibet de Clero teneatur interesse diuinis officijs cum habitu, talari, tonsura, superpelliceo, & bireto Clericali, nec priuatim officium recitent, nec aliena colloquia intermisceant, aut de sede in sedem vagentur, nec litteras, seu scripturas alias legant, nec quicquam aliud faciant, sed laudes diuinas studiosè, distinctè, ac deuotè recitent, nec à Choro recedant, antè Benedicamus Domino, [1] nec aliquem laicum [2] in Choro admittant, sub pœna arbitrij in omni casu contrauentionis.

1 Card. Zabar. Clem. 1. in princ. n. 8. de celebr. miss. S. Carol. de celebr. miss. cap. 24.
2 c. 1. de vit. & honest. Cler. S. Carol. de celebr. miss. c. 24. Conc. Turonen. 2. can. 3.

DECRETVM III.

PRohibemus etiam Regularibus, ne in sabbatho hebdomadæ sanctæ signum Campanæ detur antè signum nostræ Cathedralis in Ciuitate, [1] vel alterius loci

1 Leo X. in Conc. gen. Lateran. in Bull. fol. 217. S. Carol. de celebr. miss. cap 22. & sunt variæ resolutiones S. C.

loci matricis Ecclesiæ, neque eo die, aut alijs diebus in aliqua Ecclesia, nec in ianuis, & præsertim dùm celebrantur diuina officia aliquis audeat, vel præsumat sclopum exonerare sub pœna excommunicationis.

DECRETVM IV.

Circulatores, & simile hominum genus tempore diuinorum officiorum in foris, & in Plateis Ecclesiarum artem suam non exerceant sub pœna arbitrij, nec pila ludatur, nec quid aliud, vndè strepitus excitetur.[1] Consuetudo etiam pulsandi in tenebris sanctæ hebdomadæ ad repræsentandam creatarum rerum perturbationem in passione Creatoris[2] à Curatis, & alijs dignioribus de Ecclesia, cũ indecoro tumultu non permittatur.

[1] S.Carol. de immun. Eccl. cap. 29. & de celebr. miss. cap. 25.

[2] S.Carol. de off. Custod. cap. 10. de celeb. miss. cap. 25.

DECRETVM V.

IN omni Ecclesia, in qua diuina officia recitari in Choro solent, eligantur Punctatores saltim quolibet anni principio, vitæ, & morum probitate laudabiles, quorum munus sit, omnes, & singulos Choro addictos, qui inferiùs[1] designato tempore ad horas diuinas persoluendas non conuenerint, notare in Choro, & non extrà, & ob id librum punctationum penes se habeant, & diligenter custodiant, quos iuramento in manibus superioris Ecclesiæ præstando, vt fideliter agant, obstrictos esse volumus; notentur autem, qui in Matutinis, & alijs horis ante finem primi Psalmi, & in Missa ante completam Epistolam vsque in finem diuinis non interfuerint, nisi fortè, necessitate cogente, aut petita, & obtenta licentia à digniori de Ecclesia discesserint, vel infirmitate sint impediti, eorum etiam curæ sit,[2] ne tempore diuini officij laicis aditus in Chorum sit.

[1] S.Carol. syn. 4. dec. 26.

[2] S.Carol. de celebr. miss. cap. 24.



TITVLVS XX.

De Oratione.

DECRETVM PRIMVM.



VONIAM æquum est, id sæpiùs mente peruoluere, quod initium nostræ salutis fuit, & consumatio, ne apud Deum ipsum ingrati animi vitio coarguamur; Idcircò Synodali hac nostra Constitutione decernimus, vt sexta quaque feria, qui dies ob D. N. Iesu Christi mortem sacer est, & venerandus vnusquisque qui in nostra Diœcesi in animarum curam incumbit, hora circiter post meridiem, quæ Nona dici solet, quinis ictibus ter Campanam pulset, idq. erit fidelibus in signum, eam esse horam, qua D. N. Iesus Christus animam exhalauit in Cruce ob nostram salutem, illis verò, qui eadem horâ in Passionis memoriam quinquies Orationem Dominicam, & Angelicam salutationem, flexis genibus, deuotè recitauerint, 40. dierum Indulgentiam benigniter impertimur.

DECRETVM II.

VT oratio, quam vocant, quadraginta horarum, instituta in memoriam sepulturæ D.N. Iesu Christi cum pietate, & Religione, celebretur, decernimus obseruari, quæ in ædicto, ad hoc publicato proposuimus, nec sine nostra licentia in scriptis fieri possit, Noctis autem tempore numquam habeatur.[1]

[1] Pau. Fuscus de Visitatione lib. 1. cap. 26. nu. 18.

DECRETVM III.

NVllo prætextu illo orationis tempore ad eleemosynam excipiendam, aut colligendum pelues, aut vasa paruula exponantur, sed cum nostra licentia capsulas proponi liceat.

DECRE-

DECRETVM IV.

HOc orationis tempore in Ecclesia, vbi illa celebratur, fœminæ à maribus separatæ, tabulato interiecto, aut alio intersæpto adhibito, orent.

DECRETVM V.

GLoriosæ Virginis Mariæ patrocinium sæpius implorare, salutare nobis est, [1] & ideò antiquum in Ecclesia Dei institutum prosequentes decernimus, & mandamus, vt in nostra Cathedrali, & in quacunque Parrochiali Ecclesia, ac Regularium ter in die, videlicet, Diluculo, Meridie, & sub noctem Campanæ sono ij admoneantur, vt mente ad Deum conuersi, gratias illi agant, tum quod in singula momenta pro sua bonitate beneficijs innumerabilibus nos afficit, tùm verò quod nostram mortalem carnem, ex purissima, & Immaculata Virgine susceperit, & ob id in primis Campanæ ictibus dicatur Versus: Angelus Domini nunciauit Mariæ, & concæpit de Spiritu Sancto. Aue Maria, &c. Secundis ictibus, Vers. Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Aue Maria, &c. Tertijs ictibus: Et Verbum Caro factum est, & habitauit in nobis. Aue Maria, &c. Nobis etiam cordi esset, vt in Cathedrali nostra, & alijs Ecclesijs, vbi plures Sacerdotes, & Clerici conueniunt singulis sabbathis eidem Sanctissimæ Virgini, Deiq. Matri Mariæ solemnis illa Antiphona: Salue Regina, vel alia pro ratione temporis sub Vesperum, antè crepusculum scilicet, piè, & religiosè caneretur, conuocatis etiam certo Campanæ signo fidelibus, verum certò credimus, quod hoc salutare institutum, quod nostris Clericis non imperamus ob deuotionem, quam in B. Virginem eos habere scimus, sua sponte adimplebunt.

1 S. Bernardus super Euang. Missus est, homil. 1. col. 10.

DECRETVM VI.

QVod fæl. record. Gregorius XIII. in Vrbe constituit [1] in nostra Diœcesi etiam seruari optamus.

1 Litteræ datæ sub die 10. April. 1580.

Decernimus igitur, quod in qualibet Ecclesia Curata, aut Religiosorum antè primam horam noctis detur signum Campanæ, quo fideles intelligant, orandum tunc esse pro mortuis. [1] Vnusquisque autem fidelis vbi sit, vel domi, vel foris ad memoriam mortis excitatus primùm paulisper tacitus, in mortis suæ, quàm breui fortasse obibit, meditatione versatus, tùm se accendat ad orationem pro mortuis, quam Psalmo De profundis, aut precatione Dominica, & Salutatione Angelica, ter repetita, intimo Religiosi cordis affectu perorabit, vt Defunctorum animæ è Purgatorij supplicijs ereptæ (Dei misericordia) ad sempiterna Cælestis vitæ præmia perducantur. Quod decretum sæpiùs Curati inter Missarum solemnia Populo annunciare, nulla ratione prætermittant.

1 S Carol. de Orat. Vespert. cap. vltimo.

TITVLVS XXI.

De Reliquijs, & veneratione Sanctorum.


DECRETVM VNICVM.



ELIQVIAE Sanctorum [1] certæ, & approbatæ, honestis in locis separatis à sacræ Eucharistiæ Tabernaculo condantur cum clauibus benè firmis, nec de vno loco ad alium sine nostra licentia transferantur, non donentur, nec vllo modo venales habeantur, cum Populo venerandæ ostenduntur, id fiat à Sacerdote cum superpelliceo, stola, ac luminaribus accensis, thurificatione, & oratione illorum Sanctorum adhibitis, a laicis numquàm tractentur, nec illis osculandæ aliquo modo exhibeantur sub pœna arbitrij, inuentariumq. earum ad Archiuium nostrum deferatur [2] infra duos menses sub eadem pœna.

1 tot. tit. de Reliq. & ven. Sanct Conc. Later. sub Innoc. III. c. 6. Carthag 5. c. 14. Epaunense c. 25. Gangr. c. 20. & nouissime Cōc. Trid. sess. 25. tit. de Reliq. & vener. Sanct. S. Dion. Eccl. Hierar. cap. 7. latè. Mart. Peresius Ayala de diu. trad. tit. de ven. Sanct. fol. 143.

2 Panuinius de Visit. par. 2. q. 3. Fulc. de Visit. cap. 15. num. 33. S. Carol. p. 2. fol. 587.



TITV-

TITVLVS XXII.

De Processionibus.

DECRETVM PRIMVM.



ENERALES Processiones [1] omnes à nostra Cathedrali semper incipiant, & ad eandem redeant, Crucisq. vexillum non per laicos, sed per Clericos vestibus clericalibus, & superpelliceis indutos sempèr deferatur, omnes, qui interuenire ex consuetudine debent; adsint in Ecclesia, antequam Sanctissimæ Trinitatis inuocatio decantetur, cum habitu, talari, superpelliceo, tonsura, & bireto Clericali, à Processione nemo discedat, nequè in via eam deserat; sed ad eandem nostram Ecclesiam Cathedralem, omnes simul Processionalitèr redeant, vt pijs omnium precibus supplicationes terminentur, his omnibus pęnas vnius ducati pro quolibet, contraueniente irremissibilitèr imponimus, in alijs seruentur decreta nostræ visitationis, & quod dispositum est in Cathedrali, seruetur in alijs terris in Matrice, seu principali Ecclesia, & nullus siue laicus, siue Clericus audeat turbare vel impedire Processiones sub poena excommunicationis. [2]

1 Antiquissimum institutum in Ecclesia Dei. S. Dionys. Areop. de Ecclesia Hierarch. cap. 4. Conc. Laodicense cap. 43. S. Greg. Turon. hist. Franc. lib. 3. cap. 29. S Aug. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 8. S. Greg. ser. de Ieiun. septimi mensis.

2 Laici turbãtes Processiones possunt excommunicari. Sarnen. de Visitat. lib. 1. cap. 20. n. 39. vide c. in loco 5. q. 4. l. si quis hoc genus, & Auth. sed nouo iure ibi posita. C. de Episc. & Cler.

DECRETVM II.

PIa consuetudo, representandi Populo venerandam Christi passionem, & gloriosa martyrum certamina, aliorumq. Sanctorum res gestas eo deducta est, vt multis offensioni, multis etiam risui, & despectui sit. Ideò statuimus, [1] nè ista deinceps fiant, sine nostra licentia in scriptis sub poena arbitrio nostro.

1 S. Carol. de off. ordin. cap. 7. Pau Fuscus de Visit. lib. 1. cap. 26. num. 1.



TITVLVS XXIII.

De Exequijs, & Sepulturis.

DECRETVM PRIMVM.



ONSVETVDINEM laudabilem, quam in nostra Ciuitate, & Diœcesi inuenimus, confirmantes, mandamus Parrochis nostris, vt quàm primùm illis, de alicuius morte fuerit significatum Campanæ signo Populis significent, vt ad orandum pro defuncti anima prouocentur [1] quod si mors contigerit post primam horam noctis volumus, quod Campanæ signum differatur ad sequentem diem de manè post Salutationem Angelicam.

[1] 2. Machab. cap. 12. S. Ambr. lib. de Tobia cap. 1. S. Aug. lib. de Cura agéda pro mortuis cap. 7. & 9. S Carol. hoc tit. cap. 15.

DECRETVM II.

ANimarum periculis, & scandalis, quæ frequentèr aduenire solent, obuiare volentes, mandamus, vt mortuorum corpora non nisi transactis adminùs duodecim horis post eorum transitum ex hac vita sepulturæ tradantur, [1] quod si mors fuerit repentina, & corpora satis valida 24. horis inhumata relinquantur, nisi aliud in æstate visum fuerit, nec vllo modo antè Solis ortum, vel post eius occasum absquè nostra, vel Vicarij nostri licentia in scriptis sepeliantur, [2] alia etiam quæ in visitatione decreuimus, omninò obseruari mandamus.

[1] S. Carol. d. c. 15.

[2] S. Carolus hoc tit. cap. 5.

DECRETVM III.

QVilibet debet, sepeliri in sua Parrochia, nisi sibi elegerit alibi sepulturam, de qua nobis summariè constare debet, vèl maiores sui sibi ipsis, & successoribus sepulchrum alibi posuerint, [1] Peregrini, & Aduenæ, non electa sepultura, debent sepeliri in maiori Parrochiali Ecclesia. Rector tamen, qui ei sacramenta ministrauit partem funeralium consequetur.

[1] c. 1. de sepult. Silu. ver. sepult. nu. 8.

DE-

DECRETVM IV.

DOmus, quæ in diuersis Parrochialibus subest Ecclesijs, ei adiudicetur Ecclesiæ, in cuius Parrochia est ipsius domus ianua, per quam in eam frequentior est ingressus; quod si locus, in quo est ianua in vtriusque Parrochiæ sit finibus, ei subijciatur Parrocho, in cuius Parrochiæ maior est illius pars; si verò domus ipsa æquè in vtraque sit Parrochia, ei Parrochiali addicatur Ecclesiæ, quæ ipsi domui proprior esse cognoscatur, nisi Episcopo quandoque aliud decernendum aliqua ratione videatur. S.Carol.Syn.3.dec.41

DECRETVM V.

OMnes Clerici tàm in associando funere ad Ecclesiam, quàm in exequijs celebrandis vtantur superpelliceo, & bireto Clericali, tempore tamen pluuiæ vti liceat pileo super bireto, & clamide cum superpelliceo sub pœna ammissionis eleemosynæ illius funeris, & exequiarum.

DECRETVM VI.

CLerici ad Defunctorum corpora, ad Ecclesiam ducenda, conueniant in Ecclesia Parrochiæ defuncti, qui deferendus est, & ibidem distributio candelarum fiat, & omnes cum superpelliceis, Cruce præeunte, ad locum defuncti bini incedant, funus piè, & deuotè, psallentes ducant, & in Ecclesia tamdiù consistant, dùm ex ritu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iusta fuerint persoluta, sub pœna ammissionis eleemosynæ illius funeris, & alijs nostro arbitrio. S. Carol. de sepulc. cap.7.

DECRETVM VII.

NOua sepulchra ædificare nemini liceat sine nostra licentia in scriptis, sub pœna interdicti ab ingressu eiusdem Ecclesiæ, [1] operianturq. ita aptè, atquè compres-

[1] S.Carol.cap.16.

a S.Carol.cap.10.

compressè, vt indè malus odor [a] exire nullo modo possit, sepulchra, quæ sub Altari sunt, terra impleantur, & obturentur, & ossa in propinquum locum transferantur, in futurum fiant quatuor ad minus palmis procul ab Altari.

DECRETVM VIII.

Constitutiones Synodales Panhorm. par.3 cap. 12. rub. de sep. quas refert Marius Italia in tract. de immun.Eccl. lib.1. cap. 4.§.7.n.33.

COemiteria muro, vel aliàs tutè vndique sæpiantur, ne bestijs ingressus pateat, in eorum medio Crux sit erecta firmissimè, & cum in eis ex antiquo Ecclesiæ ritu cadauera sepelienda sunt, munda, & à quibusuis impedimentis vacua cernantur, ex his vites, arbores frugiferæ, & aliæ etiam infrugiferæ cuiusuis generis, aut arbusta, vel stirpes omninò conuellantur, atque excidantur, nec in posterum in his sacris locis quicquam conseratur, nec feratur, stabula similiter armentorum, & cuiusuis generis animalium indè procul sint, in ijsdem ne ligna congerantur, cæmentorum, vel lapidum aceruus, nec denique quicquam, quod loci illius decori, ac Religioni, ac Sanctitati repugnans videatur.

DECRETVM IX.

1 Conc.Nic. can.65. S. Carol. de sepult. cap.1. 22. & seq.

SIcuti Episcopus, dum in humanis agit, communi omnium saluti consulere curat, ita æquum est, vt eius superueniente obitu [1] omnes gratos sese, ac memores præbeant, & cum primum Sacerdotes, quibus ille præfuit de eius obitu certiores facti, officium, & Missam pro defuncto Episcopo celebrẽt, quod si dies festiua fuerit, id sequenti die non impedita omninò fiat, Diaconi verò, & Subdiaconi, ac minorum ordinum Clerici tres nocturnos cum Laudibus defunctorum recitent; Parrochorum etiam partes erunt, Populos monere de obitu communis Patris, hortariq. eos ad aliquod Pietatis officium peragendum; Successor verò Episcopus, & Capitulum ex præscripto Ceremoniarij Romani Anniuersarium exequiarum communibus impensis soluant,

prout

prout nos adimplemus; Canonicos item huius tam pij officij erga defunctos Canonicos memores esse decet, similiter, & pro benefactoribus Capituli, prout singulis annis pro benefactoribus nostræ mensæ Episcopalis infra octauam omnium Sanctorum solemne officium nostris expensis in Cathedrali Ecclesia recitatur.

DECRETVM X.

Ab Ecclesiastica sepultura

1 Arcendi sunt publicè excommunicati, & denunciati.[1]

2 Notorij Clericorum percussores,[2] etiam nulla facta declaratione, aut denunciatione.

3 Interdicti, dum viuerent ab ingressu Ecclesiæ.[3]

4 Mortui in duello, aut in prohibitis torneamentis.[4]

5 Vsurarij manifesti, nisi alienum restituerint, vel saltim idoneam de restituendo cautionem, de qua legitimè constat, reliquerint.[5]

6 Infantes, vel adulti, qui sine Baptismo decesserint, fœtus tamen in ventre matris, tamquàm pars viscerum sepeliatur cum matre.[6]

7 Qui in peccato publico, & manifesto ex hac vita migrauerint, nullo dato contritionis signo.[7]

8 Qui se ipsos de industria occiderint, nisi vi morbi, vel ob furorem, aut insaniam id fecerint, cuius rei iudicium nobis reseruamus.[8]

9 Qui eo anno confessi non fuerint,[9] & sacram communionem ex præcepto Ecclesiæ non sumpserint, aut in obitu id non præstiterint, horum corpora, quæ Ecclesiastica sepultura carere debent, ità longè ab Ecclesia amandentur, vt Clericorum canentium voces indè non valeant exaudiri,[10] qui verò aliter fecerit, pœnis à sacris Canonibus[11] indictis, & alijs grauioribus, arbitrio nostro infligendis plectetur, & si corpora eorum discerni

1 Clem. 1. de sepult. c. sanè, 24 q 2. gl. c. litteras, de rest. spol.
2 Extrau. Mart. V. incip. cum euitanda. Nauar. in Man. cap. 27. n. 35. & cons. 25. de sen. excomm. Marius de immun. Eccl. lib. 1. cap. 4. §. 7. n. 3.
3 c. is qui, de sen. excom. in 6. Nauar. cons. 23. de pœnit.
4 c. 1. ex. de torneam. etiam prouocati. Nauar. cons. 1. de tornea.
5 c. quia, de vsuris. c. quamquam, eod. tit. in 6. Clem. 1. de sepult.
6 c. si qua, de cons. d. 4
7 c. non æstimemus. c. pro obeuntibus, 13. q. 2. gl. fin. c. ex parte, de sepul. Nauar. in Man. cap. 25 n. 132. & cons. 6. de sepult. Abb. d. c. ex parte, n. 3.
8 c. in quibus, 13. q. 2. c. placuit, 23. q. 5. c. ex parte, 2. de sepult. Nauar. cons 7. de sepul.
9 c. omnis, de pœnit.
10 Abb. c. sacris, nu. 3. de sepult.
11 Pœna excommun. Clemen. 1. de sepult. Silu. ver. excomm. 9. nu. 66. excom. 35.
Nota, quod vnus testis sufficit ad probandum signa pęnitentię. c. qui recesserunt, 16. q. 6. Archid. d. c. omnis. Nauarr. cons. 6. de sepult.

ni poterunt, exhumanda sunt, [12] & Ecclesia, vel Cæmeterium debet reconciliari. [13]

12 c. sacrum, eod. tit.
13 c. consuluisti, de consec. Eccl. vel Altaris. Quid si excommunicatus absoluatur in articulo mortis, vide c. si. de sepult. quomodo debeat absolui, vide c. ex tenore c. cum desideres, de sent. excomm.

TITVLVS XXIV.

De Sacrosanctis Ecclesijs, earumq. cultu, & veneratione.

DECRETVM PRIMVM.



EMO nouas Ecclesias, [1] Oratoria, Cappellas, aut Monasteria ædificet, aut in eis noua erigat Altaria, aut erecta demoliatur, [2] aut imagines depingat, aut depingi faciat [3] sine nostra licentia in scriptis interdicti pœna proposita, in ædificatione Ecclesiarum situs honestus, ac decens, Populi capax, ab ædibus disiunctus diligenter attendatur. Insuper nulla in Ecclesia fenestra permittatur, è qua quis foris stans, Missam spectare possit, & domus Ecclesiæ coniunctæ, quæ sordido vsui inseruiunt siue laicorum, siue Clericorum in honestiorem vsum conuertantur; [4] si qua verò Ecclesia corruat, aut aliò transferenda, vel in ampliorem formam redigenda sit, cæmenta, lapides, [5] & ligna antiquioris Ecclesiæ, nouæ fabricæ inseruiant, quæ enim semel Deo dicata fuerunt, in prophanum vsum nemo vnquam conuertat absque nostra in scriptis facultate, alioquin interdicti pœnam [6] subeat.

1 c. quicumque, 16. q. 1.
2 c. lator, ead. ca. q. 5. c. quidam, 18. q. 2. c. nemo, de consec. d. 1.
3 S. Carol. de off. ordin. cap. 3. 4. & cap. 6.
4 Syn. Panormit par. 3 cap. 10. Marius Italia in tract. de immunit. Eccl. lib. 1. cap. 4 §. vi. n. 8.
5 c. ligna, de cons. d. 1.
6 S. Carol. de Eccl. ædif. cap. 3.

DECRETVM II.

NVllæ delictorum inquisitiones, cadauerum inspectiones, aut alia criminalia iudicia in Ecclesijs fiant, [1] si qua verò occisorum corpora in Ecclesia illata, inspicienda sint, id non fiat sine nostra licentia in scriptis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & tūc illa extrà Ecclesiam asportentur, nec similiter contractus, præter matrimoniales, aut alij, qui pietatem respiciant in Ecclesijs fiant, & ideò testes ibi non examinentur,

1 S. Carol. de immun. Eccl. cap 5. Prax. Archiep. cap. 42. n. 10.

nentur, nec aliquis actus fiat, ad forum pertinens sæcularem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; fenestræ, per quas ex priuatorum domibus in Ecclesiam prospicitur, omninò obstruantur; pernoctationes, & nocturnas Vigilias [2] in Ecclesijs omninò prohibemus, nisi nocte Natiuitatis Domini, cum Matutinum, & Missa celebrantur.

2 c. non oportet, il 2. vbi Archid. 42. d. Clem. 1. de celebrat. miss. S. Carol. de immun. Eccl. cap. 4. Her. de syn. episc. ar. 1. conclus. 13. nu. 193. & nu. 196. vbi ponit decretum Claud. de Seisello Archiepisc. Taurinen. & Cardinalis super istis Vigilijs.

DECRETVM III.

Constitutionē fæl. record. Pij V. [1] sequentes, statuimus, quod in Ecclesijs sit deuota conuersatio, deuotis orationibus fideles insistant, & omnes genibus flexis sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Iesu Christi D. N. cum exhibitione, reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesijs seditionem faciat, tumultum excitet, nec clamores moueat, cessent vana fœda, & prophana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorum, & alia quæcumque diuinum officium perturbare possunt; nullus intrà Ecclesias deambulare audeat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia diuina officia, sub pœnis nostro arbitrio infligendis.

1 Incip. cum primum Apostolatus. Kal. Aprilis anno 1566. c. nulli 42. d. cum sequen. c. & hoc diximus, 16. q. 7. S. Carol. de immunit. Eccl. cap. 3.

[2] Quicumque verò in Ecclesijs, dum ibi sacrificium Missæ, & diuina celebrantur officia, aut Verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo, ad Sanctissimum Sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid quod scandalum generet, aut diuina officia perturbat, facere præsumpserit, pœnas arbitrio nostro imponendas incurrat. Qui verò in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siue honestis colloquiū scurrile habuerint, aut alios inhonestos actus fecerint, pœnam eandem, & carceris per mensem incurrent. Insuper addimus, quod Ecclesijs non vtatur quis loco transitus, ex quo Dominus non sinebat, vt vas transferreretur per templum, vt tradit Innocent. III. in Concilio generali, [3] & in hoc Curati, & Rectores Ecclesiarum inuigilent sub pœna arbitrij.

2 Conc. Trid. sess. 22. in decreto de obseru. in celeb. miss. ver. ab Ecclesijs. S. Carol. de immun. Eccl. cap. 10.

3 c. 2. in princ. de custod. Euch.

DECRE-

DECRETVM IV.

DOmestica suppellex, frumentum, [1] vinum, poma, aut quæuis alia prophana res in Ecclesijs non retineantur, sub pœna ammissionis earundem rerum. Excipimus autem decimas, aut oblationes ante earum diuisionem, in Ecclesijs, & Oratorijs nullus dormiat, [2] ibive iaceat, vel in Choro, Clericis deputato, dum diuina aguntur, sedere, vel morari audeat, sub pœna arbitrij. Nemini in Ecclesijs locum proprium, vbi perpetuò sedem ponat quouis iure habere liceat quæ hactenus habentur, remoueantur, nisi tempore prædicationis in Quadragesima, quo finito ammoueantur, [3] sub eadem pœna, super Ecclesijs, vel Cappellis non sint cubicula, vbi dormiatur, aut aliud prophanum fiat, si sint, aut intra sex menses ammoueantur, aut Ecclesiastica suppellectili conseruandæ destinentur, sub pœna interdicti eiusdem Ecclesiæ, vel Cappellæ.

1 d.c.1. Paul. Fusc. Episcop. Sarnen. de Visit. lib. 1. cap. 28. nu. 6. qui dicit procedere etiam in Ecclesijs ruralibus.

2 Nisi ex causa custodiæ, quando in Ecclesia sunt plura ornamẽta, vel tempore sepulturæ D.N.c. non oportet, il 2.42.d. & ibi Archid. & vterque Card. Henr. de syn. Episc. art. 1. concl. 13. n. 193.

3 S. Carol. de immun. Eccles. cap. 12.

DECRETVM V.

FAcultas, nouas construendi Ecclesias, vel Cappellas, seu Altaria ijs tantùm à nobis concedetur, qui dotem accommodatam pro ministris, & prouentum ad necessariam suppellectilem comparandam, vel re ipsa constituerint, vel publico documento cauerint, & prophanis ædibus, vt stabulis, alijsq. locis immundis nullatenus adhæreant, [1] & in posterum nullum eiusmodi ędificij genus, sub pœna excommunicationis, iuxta quarumcumque Ecclesiarum, aut Oratoriorum parietes exædificetur. [2]

1 S. Carol. de Eccl. ædi. cap. 7. 8. & 14.

2 S. Carol. de Eccl. ædif. cap. 14.

DECRETVM VI.

FEnestræ Ecclesiarum recludantur, vel vitro perlucido, vel tela cerata ad imbres, & ventos repellendos, & ad prohibendum auium nidos, & earundem frequentes in Ecclesia volatus, & garritus, tectum ità benè

cooper-

coopertum custodiatur, vt ne vel gutta quidem aquæ indè in Ecclesiam diffluat, si quod autem appareat stillicidium statim instauretur, atque oportunè prouideatur, ne parietes aliquo detrimento afficiantur.

DECRETVM VII.

ALtaria non lignea, sed lapidea,[1] vel opere lateritio constructa sint latitudinis duorum cubitorum longitudinis quatuor cubitorum; Mensa, si tota consecrata sit, tela contegatur; sin autem sacrum tantummodò habeat lapidem, tela etiam contectum, latitudinis sexdecim, longitudinis vnciarum 20. vncia verò est latitudinis pollicis,[2] altaria quę superflua sunt, destruãtur.[3]

1 c. Altaria, si non, de consf. d. 1.

2 S. Carol. in decr. Visit. Apost. ver. Altare. fol. 167. par. 2.

3 c. Ecclesia, vel Altaria, de consf. d. 1.

DECRETVM VIII.

ALtaria habeant, quæ sequuntur: Primo, tabula, in qua ea sit depicta imago, quæ Altaris titulo respondeat, nisi in pariete decenter sit depicta; Crux item ex auricalco, nisi[1] imago Crucifixi sit depicta, duo item candelabra, saltim lignea, decenter depicta, tabella precum, quæ secretò dicuntur è regione celebrantis posita, Mappæ item, quarum duæ vniuersam Altaris mensam, tertia, quæ est superior, mensam simul & latera ad solum vsque cooperiat, tela etiam stragula quæ super Altaris mensa explicata à puluere, & sordibus illã tueatur, quæ cum Missæ sacrificium peragendum est, ab altari ammoueatur, pallium item decens, & si fieri potest, diuersis coloribus, vt festis Ecclesiæ diebus respondeat, sit etiam scabellum ligneum, & firmum latitudinis, & longitudinis ipsius Altaris; Sacristæ autem, vt diligenter munda omnia habeant; sciant quod vnicuique Altari consecrato Angelus Dei assistit.[2]

1 S. Carol. de Ecclesf. ædif. cap. 17. & seq. & cap. vlt.

2 Card. Baron. in Ann. ad Martyr. 9 Nouembris, littera A, in fin.

DECRETVM IX.

IN vnaquaque Ecclesia, vbi commodè fieri potest, Sacristia, si extructa non sit, construatur, in ea locus

1 S. Carol. par. 2. Ædificta, & ordinationes, ver. Sacristia.

cus sit à reliqua Sacristiæ parte aliquatenus separatus cum scabello ad genua flectenda antè piam aliquã imaginem, quo celebraturus se recipiat, ibiq. Pœnitentiæ sacramento expiari, & pia animi meditatione, ad sacra ritè celebranda præparari, & ad gratias agendas orare possit, sint etiam alia à nobis in visitatione decreta.

DECRETVM X.

Campanarum vsus in Ecclesijs ad conuocandum Populum, ad diuina audienda inuentus non debet ad prophanas causas inseruire, vt ad iustitiam, [1] vel ad conuocandum pro rebus publicis hominũ conuentus. [2]

1 S. Carol. de Immun. Eccl. cap. 5. § fin. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 10. Sum. Bull. ver. Campana.

2 Conc Prouin. Beneuent. & Synod. eiusd. tit. de toll. quibusdam abusibus cap. 3.

DECRETVM XI.

Dirutæ Ecclesiæ, iuxtà Sacri Concilij [1] Tridentini dispositionem transferantur ad matricem Ecclesiam erecta in priori loco, Cruce; & ideò mandamus omnibus Beneficiatis, & alijs, ad quos spectat, vt quamprimum dispositionem dicti Sacri Concilij exequantur, aliàs procedemus ad sequestrationem fructuum, & ad alia iuris remedia.

1 Sess. 21. cap. 7.

DECRETVM XII.

Ornamenta, [1] & alia Ecclesiarum bona ad earum decorem, & ornatum necessaria nulli comodentur, nisi alteri Ecclesiæ, & ad eundem vsum, nec Reliquiæ possint asportari, transferri, concedi, donari, vel accipi sine nostra licentia in scriptis, sub pœna excommunicationis, [2] poterunt tamen comodari alijs Ecclesijs in diebus festiuis.

Mulieres meretricio, vel lenocino quęstu infames non habitent propè Ecclesias, [1] vel Monasteria Monialium, & in hoc Curati inuigilent.

1 Cõc. Tolet. lib. 3. de reb. Eccl. non alien. cap. 4 Diaz in prax. cap. 39. & ibi Lopez in fine.

2 S. Carol. par. 2. fol. 860.

1 S. Carol. tit. de Immun. Eccl. cap. 30.



TITV-

TITVLVS XXV.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

DECRETVM PRIMVM.



PRAECIPIMVS Ecclesiarum omnium Rectoribus, & Procuratoribus, [1] ac piorum locorum administratoribus, vt intrà trium mensium spatium à præsentis Synodi absolutione, locationes, & alienationes Ecclesiasticorum bonorum quomodolibet factas, nec à Sancta Sede Apostolica [2] confirmatas diligenter conquirere, annuosq. census, & redditus, & alia Ecclesiarum iura quæcumque indebitè, seu per fraudem vsurpata, scripto nobis denunciare fideliter debeant, vt indemnitati Ecclesiarum, & occupātium saluti, opportunis iuris remedijs consulere, ac prouidere possimus. [3] Prohibemus etiam Affidationes, seu pactiones super damnis datis cum baiulo, vel alijs, sub pœna excommunicationis. [4] Itē quod bona Ecclesiæ quæ sunt data in emphyteusim, vel in locationē non diuidantur præcipuè appositione terminorum, & termini hucusque appositi tollantur, nec possint dari in dotem, nec ratione melioramentorum aliquo modo alienari sine consensu Episcopi, vel eius Vicarij Generalis in scriptis, sub pęna caducitatis [5] ipso iure incurrenda. Prohibemus etiam incisiones Arborum, [6] quæ fructiferæ sunt, sub eadem pęna.

1 Paulus IV. in Const. incip. Iniūctum, prid. Id. Iulij anno 1555. in motu prop. incip. cum nos.

2 Præsumitur per lapsum 30. annorum sine obseruātia. Nau. cons. 35. de sent. excom. cū obseruantia sufficiunt decem anni. Rota coram Cantuccio Episc. Laure t. Cornetana salinarum 15. Octobris 1568. dummodo sit enunciata Sed. Ap. licentia. Rota dec. 72. n. 36. & dec. 193. n. 14 & 179. par. 2. diuer. & dec. 188. par. 1. Pat. dec. 365. n. 3. lib. 2. vide Affl. dec. 368. n. 7.

3 c. Apostolicos, 12. q. 2. c. si quis laicus, 16. q. 1. c. auctoritatem, 5 q 6.

4 Hoc etiā in Regno prohibetur, extat pragmat. 3 de off. baiuli, de Anno 1588.

5 Iul. Clar. §. emphyteusis, q. 45. in prin. facit quod not. Boer. decis. 107. nu. 2 quod Colonus potius debet vendere fructus Domino, quàm alteri.

6 Vide infra hoc tit. decreto 3.

DECRETVM II.

VT homines pęnarum seueritate, ab hoc sacrilegio admittendo deterreantur. Mandamus, quod Parrochi inter Missarum solemnia primis Dominicis Aduentus, & Quadragesimæ decretum Sacri Concilij Tridentini, vulgari sermone, vt sequitur, Populo denunciare vnà cū Capitulo excōmunicationis Cęnæ Domini.

Decreto del Sacro Concilio di Trento ſeſs. 22. cap. 11.[1]

[1] Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſs. 9. & 10. Côc. Turonen. 2. cap. 258. Concil. Magunt. cap. 6. & 11. Conc. Aquiſgran. cap. 88. c. prædia, cum ſeq. 12. q. 2. c. attendendum eſt, 17. q. 4.

SE l'Auaritia, radice di tutti i mali in tanto occuperà l'animo di alcun Chierico, ò laico di qualunque dignità riſplenda anco Imperiale, ò Reale, che preſuma per ſe, ò per altri cõ forza, ò cõ timore, ouero ancora per ſuppoſite perſone di Clerici, ò laici, ouero con qualſiuoglia arte, ò procurato colore cõuertire in proprio vſo, & occupare, & impedire, che nõ ſi riceuino da coloro, à chi di ragione toccano le giuriſdittioni, beni, cenſi, & ragioni anco feudali, & emfiteotiche, frutti, emolumenti, ouero qualſiuoglia conuentione, che ſi debbano conuertire in neceſſità di Miniſtri, ò poueri d'alcuna Chieſa, ouero di qualunque beneficio ſecolare, ò regolare di Monte di Pietà, ò d'altri luoghi pij, queſto tale ſoggiaccia all'Anathema, cioè alla Maledittione, & ſcommunicatione maggiore, ſin tanto che hauerà intieramente reſtituito alla Chieſa, e ſuo Amminiſtratore, ò Benefitiato le giuriſdittioni, beni, robbe, ragioni, frutti, & rẽdite, le quali haurà occupato, ouero in qualſiuoglia modo anco per donatione di ſuppoſita perſona li ſaranno peruenute nelle mani, & dopò haurà ottenuta l'aſſolutione dal Santiſſimo Sig. Noſtro Pontefice Romano, & ſe ſarà Padrone della medeſima Chieſa, ſia ſubito, oltre l'altre pene, priuo anco del Iuſpatronato, & il Clerico, che ſarà ſtato fabricatore di queſto ſcelerato inganno, e di tale vſurpatione, ò ne ſarà ſtato conſentiente, ſottogiaccia alle medeſme pene, e di più reſti priuato d'ogni ſorte di benefitio, & ſia inhabile à qualunque altro benefitio, & ãco dopò l'intiera ſodisfattione, & aſſolutione ne reſti ſoſpeſo dall'eſſecutione de' ſuoi ordini, ad arbitrio del ſuo ordinario.

Ex Bulla Cœnæ Domini.[1]

[1] Excom. 17. ver. qui vè iuriſdictionem.

EScommunicamo ancora, & anathematizamo quelli che vſurpano, & ſottraggono le giuriſdittioni, ò frutti,

ò frutti, ò rendite, e prouenti appartenenti à persone Ecclesiastiche, & per loro ottenuti, ouero per qualsiuoglia occasione, ò causa senza espressa licenza del Pontefice Romano le sequestrano, ouero che senza simile speciale, & espressa licenza del Pontefice Romano impongono collette, [a] decime, taglie, prestanze, & altri pesi alli Clerici, Prelati, & altre persone Ecclesiastiche, ò à' loro beni, ò delle Chiese, Monasterij, & altri beneficij Ecclesiastici, & à frutti, rendite, & prouenti di quelli, e con diuersi esquisiti modi le riscuotono, ouero l'accettano da chi le dà, e concede spontaneamente.

a Excom. 18 ver. Quique collectas.

DECRETVM III.

Volentes etiam indemnitati Ecclesiarum, quæ plura damna passæ sunt in earũ proprietatibus propter multas incisiones Arborum factas prouidere. Statuimus, quod nullus Beneficiatus audeat incidere, vel incidi facere, vel permittere aliquam Arborem viridem, [r] & minùs vitem sine nostra licentia, vel Vicarij nostri in scriptis obtinenda, sub pœna vnius ducati pro qualibet Arbore, vel Vite, vel aliàs, iuxta quantitatem damni.

r Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform. & ibi decisiones S.C. S. Carol. syn. Diœcesi. 2. cap. 36. Nauar. cons. 6 n. 2. de reb. Eccl. non alien. limitatur quando esset nimia densitas, quæ impediret augmentum fructuũ, vel esset sylua cædua. Summ Bull. ver alienatio rerum Ecclesię, §. hanc regulam. n. 33. & ibi add. litt. G. vbi multa allegantur.

DECRETVM IV.

Mandamus omnibus, & singulis Colonis possessionum, & Terrarum quarumcumque Ecclesiarum etiam nostræ Cathedralis, & mensæ Episcopalis, ne in futurum audeant, vel præsumant, neque per se, nec per alios triturare fructus collectos ex dictis Terris, & possessionibus, videlicet granum, ordeum, speltam, auenam, siliginem, milleum, panicum, fabas, nisi prius id notum fecerint obtinentibus dictas Ecclesias, & beneficia, vel eorum Procuratoribus, & Ministris, & habuerint ab eis licentiã, nec supradictos fructus ammouere de Areis, & alijs locis, vbi fuerint triturati, nisi priùs diuisa cum prædictis Ecclesijs, aut eorum beneficia obtinentibus, siue eorum ministris, vt suprà, sub pœna

excommunicationis, & resciſſionis contractus, & alijs, noſtro arbitrio vltra refectionem damnorum, & intereſſe ipſi Eccleſiæ faciendam, [1] præcipimus pariter eiſdem Colonis, ne audeant per ſe, nec per alium conculcare, vel vt vulgò dicitur, piſtare vuas, nec minus olere oliuas ex eiſdem Terris, & poſſeſſionibus Collectas, niſi certioratis dictis Beneficiatis, vel eorum Miniſtris, vt ſuprà, & habita ab eis licentia, nec muſtum, & oleum ammouere etiam animo recompenſandi, niſi priùs facta partitione cum dictis Beneficiatis, vel eorum Miniſtris, vt ſuprà, ſub eadem pœna; prohibemus etiam pariter, quod Coloni non poſſint ſublocare, nec alijs tradere terrenum Eccleſiæ, vt dicitur ad hortum, nec ſeminare frumentum Indiæ ſine conſenſu Procuratorum, ſub pœna caducitatis, & ammiſſionis omnium meliorامentorum ipſo iure, & abſque alia declaratione; Volumus autem, [2] quod hoc decretum & ſingula in eo contenta per Curatos vulgari ſermone in prima Dominica menſis Iulij quolibet anno Populo notificetur, ſub pœna arbitrij.

1 Abb. c. ex parte, il 2 n. 6. de decim. add. ad cap. Tholoſanã, dec. 431 In Regno ſeruatur, quod poſſunt etiã apponere Cuſtodes. Vin. de Franch. dec. 117. Praxis Archiep. Neap. cap. 80. de fructib. non collig. fine præſentia Parrochi, late Petr. Foll. ſuper con ſtit. Regni, in 1. par. tit. de Epiſc. & Cler. in cap. Regni. Item ſtatuimus, nu. 14. fol. mihi 71.

2 S. Car. hoc tit. cap. 7

DECRETVM V.

NEmini Beneficiato bona Eccleſiarum propinquis ſuis intra tertium gradum in emphyteuſim; aut ad cuiuſuis temporis ſpatium etiam per ſuppoſitas perſonas locare liceat, [1] niſi euidens, & magna Eccleſiæ vtilitas noſtro iudicio, præter alia iuris requiſita aliud poſtulauerit, ſi aliter factum fuerit, & locatio ſit nulla, & locator, noſtro arbitrio pęnas luet.

1 Decreta Viſitationis Apoſt. in 2. par. act. Eccleſ. Mediolan. fol. 175

DECRETVM VI.

VOlumus etiam, quod nulla bonorum Eccleſiaſticorum locatio fiat, nec ad breuiſſimum quidem tempus, niſi ædictis publicè in locis conſuetis propoſitis, & ad lumen candelæ, ac notarius rogatus de ea locatione [1] inſtrumentum confecerit, vel ſaltim fiat ſcri-

1 S. Carol. Syn. Diœc. 3. dec. 45. & Syn. 4. dec. 47.

ptura cum trium testium subscriptione, & ipsius conductoris, & alias contractus sit ipso iure nullus. [1]

[1] Vide extrau. ambitiosę de reb. Eccl. non alien.

DECRETVM VII.

Omnia, quæ suprà expressa sunt in rerum Ecclesiæ alienatione, volumus, seruari in bonis, seu Censibus, quorum titulo quis sacro ordine insignitus est, & hoc præcipuè in visitatione curabimus. [1]

[1] Conc. Trid. sess. 21. cap. 2 in fin. S. Carol. hoc tit. cap. 14.

DECRETVM VIII.

Vt autem bona omnia Ecclesiastica conseruentur, Statuimus, & mandamus omnibus Clericis beneficia quæcumque Ecclesiastica obtinentibus ac hospitalium, societatum; & piorum locorum procuratoribus, seù administratoribus, vt infrà duorum mensium spatium à die impressionis, & publicationis præsentium inuentarium [1] omnium bonorum Ecclesiarum, & piorum locorum in publicam formam ad nos deferre in nostro Archiuio asseruandum sua pœna trium ducatorum pro quolibet, in casu inobseruantiæ.

[1] Sixtus V. in const. incip. Prouida 8. Iunij 1587. Abb. q. 3. dub. 4. nu. 16. Fusc. de Visit. cap. 15. n. 33. Pauin. de Visit. par. 2. q. 3. S. Carol. instr. var. par. 2. fol. 619. Couar. c. 1. de testa. n. 9. S. Carol. par. 2. decreta Visitat. Apost. §. in suis ver. inuent. fol. 75. & Archiuius debet esse penes Eccl. Cathedr. vel in Cãcellaria Episcopali in loco bene custodito, & clauso. Sixtus V. loc. cit. Pau. Piacesius par. 2. C. V. de bonis mẽsę Episc. n. 29. in sua Pra. Epis.

TITVLVS XXVI.

De Decimis.

DECRETVM PRIMVM.



MANDAMVS, quod nullus Clericus, vel Laicus, cuiusuis conditionis audeat, vel præsumat per se, vel alios oblationes, & mortuaria ad nostram Episcopalem mensam spectantes, & pertinentes [1] furari, vel fraudari, seu furari, & fraudari facere, nec decimas amouere de Ecclesia, vel loco consueto, quo à principio afferri solet, nisi priùs facta diuisione cum factore nostræ mensæ, vel alio de licentia nostra in scriptis sub pœna excommunicationis.

[1] Ioan. Andr. & Abb. in c. ex parte il 2. de decim. Guido Papæ dec. 283. add. ad cap. Tholos. decis. 432. Boer. in consuet. Bituricen. tit. des costumes pædiales §. 12.

DE-

DECRETVM II.

1 S.Carol.Syn.3.Dioecef. decif.52.
2 Conc.Trid. feff.25. cap. 12. multa mala eueniunt ob non folutionem decimarũ, & multa bona ex earum folutione c. reuertimini, & feq.16.q.1.

CVrati omnes quolibet anno in prima Dominica mensis Maij [1] & Septembris Populo annuntient Decretum Sacri Concilij Tridentini feff. 25. cap. 12. [2] vulgari fermone, prout fequitur.

Non fi deuono fopportare, ò patir quelli, che con varie arti, & inganni cercano di ritenere, ò non pagar le decime, che fi deuono alle Chiefe, ò che temerariamente, ò fenza ragione occupano, ouero vfurpano quello, che deue pagarfi da altri, e le conuertono in vfo proprio, effendo che la folutione, ò pagamento delle decime fia douuto à Dio, & perciò quelli, che non vogliono pagarle, ò impedifcono, che altri non le paghino, occupano, & vfurpano l'altrui. Commanda dunque il Santo Concilio à tutti di qualfiuoglia grado, ò conditione, che fono obligati à pagar le decime, che per l'auuenire paghino interamente quelle, alle quali fono tenute di ragione à quella Cathedrale, ò à qualfiuoglia altra Chiefa, ò perfona, alle quali legitimamente fi debbano, e che quelli, ò che le ritengono, o le vfurpano, ouero impedifcano chi l'hà da pagare, fi debbino fcommunicare, ne s'affoluino da quefto peccato, ò delitto, fe non dopò che hauranno intieramente reftituito, ò fodisfatto.

In oltre il medefmo Concilio nell'ifteffo capitolo effforta ciafcuno, che per carità Chriftiana, & per obligo, che deue, tenere, & hauere con i fuoi Paftori, & Curati non le paia graue, fouuenir largamente di quelli beni, che Dio li hà dato à laude, & honore di Sua Diuina Maeftà: quelli Rettori, e Curati, che con le poche entrate loro non poffono, conferuare, & mantenere conuenientemente fe ftefsi, & le Chiefe loro.

TITV-

TITVLVS XXVII.

De Immunitate Ecclesiastica.

DECRETVM PRIMVM.

MONEMVS omnes, cuiuscumque status & conditionis sint, ne delinquentes quoscumque ex Ecclesijs, Monasterijs, Sacellis, Domibus regularibus, & sæcularibus, locisve sacris, aut Religiosis aliàs, quàm in casibus à iure permissis extrahere, siuè abducere sine nostra licentia sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda iuxtà constitutionem fælicis recordationis Gregorij XIIII, [1] quàm pro inserta hic haberi volumus, ne verò facinorosi homines hoc beneficio abutantur prohibemus Clericis sub pęna excommunicationis, & alijs nostro arbitrio, ne Delinquentes huiusmodi, sine nostra licentia in scriptis recipere audeant, & si ipsimèt Delinquentes instanti periculo eò confugerint, ijdem Clerici teneantur quam primùm nos certiores facere, [2] similiter, si quispiam Reum, ad Ecclesiam confugientem extrahere tentauerit nobis significet sub eadem pœna; in Monasterijs Regularium ad sunt litteræ Sacræ Congregationis [3] tenoris, &c. Non piace à Nostro Signore, che le Chiese, & altri luoghi Sacri seruano d'Asilo, e de recettacolo de tristi; Onde m'hà fatto cõmandare de scriuere à V.S. che faccia prohibire, & intimare per parte di Sua Beatitudine à i Superiori de Monasterij de Regolari de tutti l'Ordini con il mezzo de gl'Ordinarij, ò come meglio parerà à lei, che per l'auuenire non diano ricetto à sorte alcuna de Condennati, nè Banditi, Ladri, ò altre genti di mal'affare, nè a Falliti, & Debitori sotto pena della priuatione d'officio, se haurà hauuto notitia del ricetto, ancorche non siano trouati questi tali nelli Monasterij, & sotto altre pene anco maggiori ad arbitrio della Santità Sua, &

1 Incip. cũ aliàs nonnulli ix. Kal. Iunij 1591.

2 S. Carolus hoc tit. cap. 5. ver. mandamus.

3 Decretum S.C Regul. 2. Aprilis 1602. & aliud sub die 7. Maij 1595 quod refert Marius Italia in tract. de Imm. Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. §. 8. nu. 2. Sum. Bull. ver. Bannitorum fautores.

vuol in oltre, che se stia auuertito, per punir quelli, che haueranno ardire, di contrauenire à quest'ordine. Di Roma li 11. d'Aprile 1611. Il Cardinal di Fiorenza.

DECRETVM II.

1 Cap. 19.

NOtificamus pęnam excommunicationis ipso facto ex Bulla Cœnæ Domini [1] incurrere eos, qui Ecclesiasticas personas capere, carceri tradere, aduersùs ipsas processus formare, easvè directè, vel indirectè in iudicium vocare præsumpserint.

DECRETVM III.

MAndamus [1] etiam omnibus, & singulis in hac nostra Ciuitate vel Diœcesi commorantibus, eosq. hac Synodali Constitutione vnica pro trina Canonica monitione requirimus [2] ac monemus, vt inposterùm nemo præsumat quouis modo, & quæsito colore impedire officiales nostros, & Episcopali Curiæ seruientes [3] vel ipsorum aliquem quominus iurisdictione Ecclesiastica contrà quoscumque iuxta Canonicas sanctiones liberè vtantur, minusq. eosdem prohibere, & impedire in exequendis mandatis, spectantibus ad prædictam Ecclesiasticam iurisdictionem, aut eos sub quouis prætextu, aut causa carcerare cum foro nostro subiecti de iure sint, [4] & existant, & eis vtamur pro conseruatione iurisdictionis Ecclesiasticæ, & si de facto carcerentur, in casibus à iure concessis teneantur statim, quacumq. etiam extra iudiciali monitione, vel notificatione præcedente illos ad nos remittere [5] sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrenda. [6]

1 Bulla vt supra cap. 19. c.2. de for. cõpet.
2 Ant. c. 2. ne Cler. vel Mon. Mil. in repert. ver. cit. partis §. 62. Felyn. c. cum non ab homine nu. 12. in fin. de Iudic.
3 Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. ibi per suos proprios vel alienos executores, Congr. Conc. censuit Episcopum nõ solum posse, sed debere etiam habere familiam armatam Oldr. cons. 80. Inn. c. Venerabilẽ de sent. excom. Franc. Pegna Rotę Decanus in direct. inquisitorum par. 3. com 105. ver. postremo. Lopez ad Diaz cap. 153. nu. 23. thes. fori Eccl. cap. 9. num. 26. qui dicit ita fuisse decr. à S. me. Pio V. auditis Legatis omnium Principum secularium, Gundisal. de hæret. q 11. nu. 16. Villa Diego de Regul. q 11. n. 16. Repert. inquis. ver. arma § sed nunc quæritur. Epis. Sarnen. de Visit. lib. 2. cap. 32. nu. 16. Pau. Piac. in Pra. Epis. p. 2. cap. 3. nu. 4.
4 Familia armata Episcopi gaudet priuilegio fori. Abb. & Felin. d. c. 2. & in c. cum nõ ab homine de Iudic. Viuius opin. 116. Farin. q. 8. n. 45. cũ alijs supr. proxime citatis thes. fori Eccl. cap. 11. n. 20. Capicius dec. 12. Carauita Ritu. 46. M.C.V. not. primo n. 27. thes. dec. pędem. 22. n. 6. Bursatt. cons. 25. lib. 1. Decia. trac. crimin. tom. 1, lib. 4. cap. 9. num. 47. 5 And. de Isernia in constit. Regni Maiestati nostræ Ass. in constitut. Regni intentionis de Illic. arm. asport. colum. 3. 6 d. c. 2. & ib. Abb. & alij.

DE-

DECRETVM IV.

PVblicanos, vel alios vectigalia in hac Ciuitate, & Diœcesi exigentes moneant sæpè Parrochi, & Confessarij inculcent eos, salua conscientia, non posse, nec debere exigere à personis Ecclesiasticis etiam sponte dantibus vectigalia, Gabellas, Collectas, & alias quascumque laicales exactiones, & impositiones sub pœna excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini imposita. [1]

DECRETVM V.

EAndem etiam Censuram incurrunt Barones, vel eorum officiales, qui quouis modo, aut quæsito colore prohibent [1] ne Clerici [2] vel eorum famuli, aut alij eorum nomine, côquant panem in alijs furnis, quàm in furnis Domini, vel non vadant, ad molendum, aut macinandum, nisi in Molendinis Domini; & quod non terant, & macinent Oliuas, nisi in tapetis, seu montanis Domini, [3] aut non macellent Carnes, nisi in Macellis Domini, & similia, quæ sunt contrà Ecclesiasticam libertatem, [4] & hoc sæpè Curati Populo notificent sub pœnis, nostro arbitrio.

DECRETVM VI.

EXcommunicationis latæ sententiæ [1] vinculo innodatos decernimus omnes tàm Clericos, quàm Laicos quoscumquè, qui palàm, vel occultè per se, vel per alios Iudices, & Officiales Laicos contra personas Ecclesiasticas aut Ecclesiasticam libertatem sæculare auxilium inuocauerint, aut consilium, vel auxilium dederint; Si verò Clerici fuerint, qui hæc commiserint vltrà dictam excommunicationem fructibus suorum beneficiorum per biennium priuamus in pauperes erogandis, ita vt tuta conscientia eos sibi retinere non liceat.

1 Bulla Cœnæ §. qui ve collectas.

1 Hoc prohibetur in Regno etiam laicis, extat Pragm. Reg. Ferdinandi incip. ad perpetuam § item statuimus, & alia Regia Pragm. Caroli V. incipit. audiuimus.

2 Non possunt laici in eorum constitut. includere Clericos vide multa, quę allegaui in tertia par. in ædicto 3. n.6. & si hoc facerent, essent excommunicati c. nouerint de sent. excom. quam excommunicationem incurrunt ipso iure Abb. ibi n.2. & tenentur, eradere de eorũ statutis personas Clericorũ d. c. nouerint, vbi omnes Canonistę auth. Cassa. C. de Sacrosãct. Eccl. & ibi Bart. n.6. Bal. n. 8. Abb. cons. 83. n.2. vol. primo.

3 Honded. cons. 84. n. 35. cum seq. lib. 2. extat Pragm. 14. de Baronib. & eorum offic.

4 c. fin. de Immun. Eccles. in 6. Felin. in c. Eccles. S. Mariæ n.69. & n.110. de Const. Lap. alleg. 92. n.3. & 6. Bal. cons. 71. lib. 1. Anch. cons. 11. Calder. cons. 21. de côstit. Alex. côs. 211. nu. 10. lib. 2. Ias. cons. 161. Boer. decis. 125.

1 Excom. bullæ in Cęnę Dñi de qua Nau. in Man. cap. 27. n.68.

TITVLVS XXVIII.

De Capitulis Cathedr. & Collegiatarum Ecclesiarum.

DECRETVM PRIMVM.



VOLIBET mense fiant Capitulares Conuentus, in quibus illud imprimis seruari curet præses, vt oratione de Spiritu sancto recitata in suis subsellijs omnes antè confideant, quàm quicquam proponatur ac in sententia proponenda in contradicendo, & respondendo modestè se gerant omnes, maximè verò ab altercationibus, & contumelijs abstineant, quod si quis conuitia in alium dixerit, aut rixas excitauerit eo ipso suspensionem à diuinis per decem dies incurrat, & alias pœnas nostro arbitrio pro modo culpę imponendas, negocia omnia, secretis votis decidantur, vt vnicuique sit liberum rem propositam vel probare, vel reprobare, debeant autem esse concordes, vel omnes, aut saltim ex tribus partibus duæ, quod si vota sint paria, negocium ad Nos deuoluatur, omnia decreta in libro ad hoc ordinato per secretarium deputatum describantur, litteræ non transmittantur, nisi subscriptæ ab omnibus Canonicis, sigillumq. Ecclesiæ custodiatur à secretario, qui quolibet anno mutetur, quod si secus factum fuerit, decreta omnia inania sint, & irrita, & ab eo loco, vbi Capitularis Congregatio habita fuit, nemo vmquam non impetrata à Pręfecto discedendi facultate recedat sub vnius ducati pęna.

DECRETVM II.

SIngulis annis eligantur duo Procuratores in Subdiaconatus ordine adminus constituti ex capitulo, qui redditus omnes exigant, causas in iudicio agant, & exacto anno rationem reddere teneantur infra mensem, & reliqua persoluere, & ideo dati, & accepti librum car-

cartulatum conficiant sub pœna decem ducatorum. Quæ autem de ætate, & ordine Procuratorum eligendorum statuimus, non solùm seruetur in nostra Cathedrali Ecclesia, sed etiam in Ecclesia Sancti Archangeli Terræ Arpini, & Sancti Simeonis Terræ Albeti, vti insignioribus Ecclesijs huius Diœcesis, in quibus etiam plures Canonici cum Abbate inseruiunt. Qui verò in sacris non sunt constituti, nec Procuratores existere, nec vocem in Capitulo habeant, prout etiam Concilij Tridentini decretis expressum est.

Conc. Trid. sess. 21. cap. 9 & sess. 25. cap. 8

DECRETVM III.

QVod muneris à Capitulo cuique mandatum fuerit, id nisi ex legitima causa, quæ occultis suffragijs probetur, recusare nemini liceat sub pœna arbitrij, in reliquis verò ea omnia seruentur, quæ visitationum decretis, vniuscuiusque Ecclesiæ Constitutionibus iubentur.

PARS SECVNDA. TITVLVS I.

De vita, & honestate Clericorum.

DECRETVM PRIMVM.

CLERICI cuiuscumque gradus sint arma quæcunque ne deferant sub pœna excommunicationis, & alijs arbitrio nostro, prout Pictauiensi Concilio statutum est, [1] excipimus cultellum, aptum ad incidendum panem, cuius tamen pars ferrea palmum non excedat, [2] nisi fortè extrà Ciuitatem suspectis locis iter eis sit [3] faciendum, & vt omnis dubietas tollatur, armorum verbo continentur omnia tela, hoc est, fustes, lapides, gladij, hastæ, lancea, scuta, galeæ, sclopettum, & alia similia, apta ad nocendum. [4] Permittimus tamen ea, quibus vtimur, ad putandas Arbores, vel vites, videlicet Ronchetti, & Ronci; [5] qui verò habent probabilem causam, licentiam à nobis scri-

1 c. 2. de vit. & honest. Cler. Clem. 1. eod. tit. c. Clerici, & quasi per totã 23. q. 8.
2 Abb d. c. 2. n. 7.
3 gl. d. c. 2. ver. Arma. S. Carol. hoc tit. cap. 8 Rol. cons. 3. n. 2 & n. 34. lib. 2. Soc. reg 30. lim. 6.
4 l. armorũ, ff. de ver. signif. l. armatos, & ibi Ang. ff. ad leg. Iul. de vi publ. l. 3. §. armis. ff. de vi, & vi armat. Ang. in trac. de malef. in ver. cũ vno flocco de ferro, & in ver. dic Andreas armatus. Felin. in c. ita quorumdã, in prin. de iud. Carauit. ritu 68. M. C. V. Nau. in Man. cap. 27. nu. 63.
5 c. continebatur secundum vnũ intellec. de homic. Campania in Extrau. Clem. VII. in ver. solemnia. n. 3.

pto obtinebunt, non tamen eis vnquam vti liceat publicè; nisi rei, aut facti necessitas postulet. [6]

Caueant præterea, ne sint receptatores, aut fautores exulum, seu Bannitorum, inciderent enim ipso facto, in plures pœnas, prout est beneficiorum omnium bonorum, ac dignitatum priuatio, ac perpetua inhabilitas, cum alijs contentis in Constitutionibus Romanorum Pontificum. [7]

DECRETVM II.

ALeis, seu chartis lusorijs, [1] talis, [2] pila, rota casea, neque lignea, aut alio eiusmodi indecoro ludi genere ludere, [3] ludentesve spectare, [4] aut participes aliquo modo esse, [5] Choreas exercere, [6] personatos incedere, [7] venationi, [8] fabulis, comœdijs, alijsve histrionum [9] impuris actionibus vacare etiã in secreto [10] inter æpulas canere, [11] nuptialibus conuiuijs interesse; [12] & si in aliquo conuiuio fuerint, & adueniant, ioculatores surgant, & recedant de mensa; [13] omninò hæc omnia Clericis prohibemus, prout Innoc. III. disposuit in Conc. generali, [14] sub pœna pro prima vice carcerationis per mensem, quòd si iterum moniti non desistant, pœnam excommunicationis ipso facto incurrant. [15] Si verò, (quod Deus auertat) reperiatur Clericus cuiuscumque conditionis, qui proprio ludo id adiunxerit, quod alijs volentibus ludere mensam paratam exhibet, [16] sciat, ipsum

6 S. Carol. d. c. 8.
7 Gregor. XIII. 5. Id. Iulij anno ix. incip. Tanta. Sixtus V. Kal. Iul. anno 1. incip. Hoc nostri Pōtificatus, vbi referuntur. & confirmantur aliæ constit.
1 Can. Apost. 41. c. Clerici officia, hoc tit. c. Episcopus. 35. d. Cōc. Trid. sess. 22. cap. 1. S. Carol. d. c. 8. Diaz in prax. cap. 72. Clericus Aleator est indignus collationebeneficij, & si est publicus, collatio est nulla ipso iure, si occultus, irritanda. Rot. coram Clem. viij. dec. 416. p. 1. diuer. n. 2
2 d. c. Clerici, & ibi Bal. in sum. & n. 5. Anchar. n. 4. in 4. not Hostien. in sum. de exces. Præl. §. Clericus. nu. 4. Steph. Cost. in trac. de lud. art. 2. n. 35. & seq. Viu. opin. 469. nu. 3. Card. Tolet. lib. 5. cap. 27. nu. 3.
3. Præpositus Alex. in c. Episcopus. nu. 7. 35. d. add. ad sum. Ang. ver. ludus, n. 3. litt. A.
4 d. c. Clerici, il 2. Viu. opin. 496. nu. 4. Armil. ver. ludus. nu. 1. & 4. Nauar. in Man. c. 20. per tot. 5 Auth. interdicimus, & ibi gl. 1. C. de Episc. & Cler. Diaz in prax. c. 70. ver. Aleatores. Silu. ver. ludus. n. 15. 6 Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. de reform. 7 S. Carol. d. c. 8. 8 c. fin. de Cler. venat. c. 1. ne Cler. vel Mon. Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. ver. ab illicitis. 9 c. 1. ne Cler. vel Mon. c. Presbyterũ, 28. d. c. nullus, 44. d. Diaz in prax. cap. 71. 10 Conc. Tolet. de quo per Igna. Lopez ad Diaz cap. 72. littera C. ver. hoc tamen. l. fin. §. cōmodis igitur. C. de Relig. & sumpt. fun. Prac Corra. Rubr. de lusor. n. 20. 11 c. Clericum, 22 q. 1. Conc. Carthag. 4. can. 62. S. Carol. tit. ne Cler. vel Mon. cap. 2. & 3. & in Synod. 4. dec. 19. 12 Conc. Agathen. can. 39. c. Presbyteri. 34. d. 13 c. non oportet, de cōs. d. 5. 14 d. c. Clerici officia, hoc tit. 15 c. Episcopus, aut Presbyter, d. 35. Alexandrin. in sum. Card. Zabar. Clem 2. §. sed & tales, nu. 10. de vit. & hon. Cler. Diaz d. c. 70. alias 64. ver. Aleatores. Silu. ver. ludis. nu. 10. 16 Bonif. de Vital. in tract. de ludo Azardi. nu. 3. 13. & 16. Amad. de synod nu. 95 Sum. Ang. ver. ludus. nu. 9. Silu. eod. ver. nu. etiam 9. ver. quarto quia, idem in accomodantibus taxillos, siue chartas lusorias. Bonif. d. nu. 16. Paris de Put. de lud. nu. 66. in fin. vide Bannimenta status Ecclesiastici edita de anno 1599. cap. 7.

ſum ſtatim pœnam ſuſpenſionis ipſo facto incurrere, [17] ac fructus ſui beneficij, ſi quod obtinet per ſex menſes ſuos non facere, quos ex nunc pijs locis applicamus.

DECRETVM III.

COnuiuijs ſecularium hominum non interſint,[1] nec ad bibendum, quemquam incitent,[2] nec ad tabernas,[3] niſi itineris neceſſitate coacti [4] eant, idq. dum alicui acciderit, tunc ne vnà cum mulieribus [5] ſi quæ ibi forte reperiantur, diſcumbat, omninò caueat, ſub pœna ducatorum 3. pro prima vice, deinde pœna carcerationis ad noſtrum arbitrium.

DECRETVM IV.

EBrietatis vitium,[1] ex quo multa mala procedunt, modis omnibus cauere præcipimus,[2] qui autem illud vitare contempſerit, poſt monitionem pro prima vice, ſi in ſacris ſit, pœnam decem aureorum incurret, pro alia ſuſpenſionis; ſi verò ſit in minoribus, pœnam ducatorum quinque ſoluet, ſi ſit Beneficiatus, & alicui Eccleſiæ inſeruiat [2].

DECRETVM V.

AEſtatis tempore, nemo poſt primam horam noctis de domo [1] ſua exeat, hyeme verò poſt duas horas noctis, niſi ex iuſta cauſa, & tunc cum lumine, ſub pœna carcerationis, & qui ſacris ordinibus initiati ſunt, quivè Eccleſiaſticum beneficium, idq. etiam nullius curæ obtinent, ijs vltra octo dies à Diœceſis noſtræ finibus abeſſe non liceat, niſi litteris noſtris, datã ipſis facultate ſub pœna carcerationis.[2]

DECRETVM VI.

VEſtes tam inferiorem, quàm ſuperiorem ad talos vſque dimiſſas ſemper geſtent,[1] ſub pœnis contentis in conſt. Sixti V. fæl. rec. incip. cum Sacroſancta,[2] & quoad

17 Cõc. Tolet. loc. cit. Diaz d. c. 72. n. 2. ver. ſi verò Clericus; extat de his omnibns ædictum bo. me. Card. Sabelli Vic. Vrb. 30 Octobris 1566. quod eſt locale in Vrbe.

1 Conc. Trid. ſeſs. 22. cap. 5. S. Carol. hoc tit. cap. 9.
2 Eſter cap. 1.
3 Cõc. Trid. d. ſeſs. 24. cap. 12. Can. Apoſt. 53 Conc. Laodicen. can. 24.
4 c. non oportet. c. nulli Clericorum. c. Clerici. 44. d c. Clerici, de vit. & hon. Cler Cõc. Carthag. 3. can. 27. S. Carol. hoc tit. cap. 6.
5 S. Carol. ſyn. 4. dec. 23.

1 Eccl. 31. c. Epiſcopus 35. d.
2 c. à crapula, de vit. & hon. Cler. c. 1. ne Cler. vel Mon. S. Carol. eod. tit. cap. 2. & 3 Diaz in prax. cap. 79. ver. ebrij.

1 S. Carol. de cohab. Cler. & mul. cap. 4. Conc. Epauren. tempore Galeatij Primi.
2 S. Carol. Syn. Diœc. 2. decret. 26.

1 c. Clerici, il 2. hoc tit. Clem. ſi. eod. tit. decretſi Sacr. Conc. ſeſs. 23. c 6. in ver. vtantur.
2 18. Ian. 1589. eſt etiã Extrau. Clem. VII. incip. exponi nobis 19. Ianuar. 1524 ſuper qua Io. Ant. de Nigr. de Cãpania fecit magnum apparatum. S. Carol. hoc tit. cap. 27.

& quoad Clericos non habentes beneficia, vel pensiones, qui in sacris sunt, suspensionis, [3] & quoad alios ammissionis priuilegiorum Clericalium. [4]

3 Conc. Trid. sess. 14. cap. 6.
4 Conc. Trid. sess. 24. cap. 6.

DECRETVM VII.

TOnsura [1] singulis quindecim diebus saltim renouetur; [2] celebrãtes superioris labij pilos ita detonsos gerant, vt in sumptione Sanctissimi Sacramenti impedimento non sint, nec etiam Clerici nedùm Sacerdotes tali modo excrescere sinant, vt sint retorti, & hirsuti, & in omnibus seruetur ædictum à nobis publicatum, [3] sub censuris, & pœnis in eo appositis.

1 Cõc. loco prox. cit.
2 In Sacerdotibus debet esse sicut ostia ad celebrãdum, & paulo minor in cæteris Ordinibus sacris, & in minoribus etiã minor. Syn. Tole. refert Mart. Alph. in fin. Candelabri aurei, in expl. suprad. Bullæ Sixti V. in princ.
3 Ponitur in fi. harum Constit.

DECRETVM VIII.

HAbeat in suo quisque cubiculo piam aliquam, aut Iesu Christi D.N. vel B. Virginis, aut Sancti alicuius imaginem, [1] aquam prætereà benedictam in aliquo vase, [2] nec prophanam rem vllam teneat, quæ scandalum, aut malum exemplum spectantibus possit afferre.

1 S. Carol. hoc tit. cap. 18.
2 S. Alex. Pap. vt in Breuiario die 3. Maij in 9. lection.

DECRETVM IX.

QVi in sacris sunt, vel beneficium obtinent Ecclesiasticum coràm iudice sæculari, [1] ne agãt causas sub Procuratoris, vel Aduocati nomine, neć illud Tribunal sub quouis prætextu adeant, nec querelas [2] exponant, quod si causam propriam, aut Ecclesiæ, vel suorum habeant, licentiã à nobis scripto obtineant, [3] nullius etiam tutelam, aut curam gerant, nisi miserabilium, [4] & de nostra licentia, pro alijs non fideiubeant, [5] præterquam in Curia nostra, & de nostra licentia, Tabellionatus officio in prophanis negocijs non fungantur [6] sententiam sanguinis non dictent, aut proferant, [7] nec testes adsint, [8] nec similiter præsentes sint reorum neci, aut supplicio, nisi consolandi causa, [9] nec eidem licentia testificandi coràm sæculari iudice concedetur, nisi à Vicario nostro generali, visis articulis, seu positionibus,

1 c. 1. de postul. Conc. Later. sub Alex. III. cap. 12. c. 1. ne Cler. vel Mon.
2 Conc. Agath. can. 7.
3 c. fin. de postul. c. nulli, 3. q. 1.
4 c. peruenit, 86. d. c. licet, 87. dist. c. generaliter, 16. q. 1. c. Cyprianus, 21. q. 3. add. ad Guidop. q. 83.
5 c. 1. de fideiuss. c. te quidem, 11. q. 1. Can. apost. 19.
6 c. sicut ne Cler. vel Mon. Diaz cap. 60. & ibi add.
7 c. sententiã, ne Cler. vel Mon. c. sæpè Princeps, c. his, 23. q. 8. Cõcil. Tolet. 11. can. 16.
8. d. c. sententiam.
9 S. Carol. in tit. ne Cler. vel Mon. Abb. d. c. sententiam. Nauar. in Man. c. 27. n. 214.

tionibus, & de eius licentia in scriptis, cui tamen à Sacerdote semper erit iuramentum deferendum. [10] Qui in aliquo prædictorum deliquerit prima vice pœnam decem ducatorum incurret post monitionem, & si iterum deliquerit, alias grauiores arbitrio nostro pœnas luet.

DECRETVM X.

CLerici omnes in publicis plateis consessus, laicorumq. conuentum, & familiarem consuetudinem declinent; [1] hinc enim Clericorum contemptus exoritur; [2] & ideò si cum laicis tractent, memores sint conditionis suæ, rurale opus mercenariorum more non exerceant, [3] nec iumenta ipsi agant onerata, [4] aut ea quouis modo custodiant, vel pascant, ad piscandum, vbi sunt mulieres non accedant, in famulatu laicorum ne [5] sint, nec cum Ecclesiasticis vilia officia exerceant, nullorumq. negocia gerant, præterquàm miserabilium personarum [6] vestes sericas, [7] aut serico ornatas, caligasq. nisi nigras, aut ex chorio ne deferant, [8] anulum non gestent, [9] nisi id Doctoratus dignitas permittat, tunc autem simplex sit, & in sacrificio Missæ deponatur sub pœna arbitrij.

DECRETVM XI.

CLerici in sacris, seu Beneficiati mercaturas, & illicitas negociationes non exerceant; [1] & ideò aliena prædia, vel alios quoscumque fructus, redditus, ac vectigalia non conducant, [2] nevè directè, vel indirectè cum conductoribus in communionem veniant, aut aliquo modo participent, [3] vinum, frumentum, aliaq. segetum genera non emant, nisi tantùm pro suo victu, nullo tamen modo, vt cariùs vendant, [4] Nundinas non frequentent [5] in emendo, & vendendo, proxenetæ officio non fungantur. [6] Quos omnes præsentis Constitutionis decreto monemus [7] 1.2.3. peremptorio termino, procedemus ad pœnas contentas in Constitutione Honorij Papæ III. quæ incipit, ex litteris. [8]

10 S. Carol. de testib. c. vltimo.

1 Conc. Carthag. 4. can. 47.
2 Conc. Trid. sess. 14. in proh. de reform. S. Carol. syn. 4. dec. 19.
3 c. Clerici, vt ab indignis, 14. q. 4.
4 c. consequens, 88. dist. latè Ioan Ant. de Nig. in Extrau. Clem. VII. de vit. & honest. Cler. in ver solemnia.
5 c. 2 ne Cler. vel Monac. c. placuit, c. peruenit, 21. q. 3. Host. in sum. ne Cler. vel Mon. §. quæ sunt, in prin. & in fin. Archid. c. peruenit, 86. d. Abb. in c. cū L. & A. de re iud. Diaz cap. 59. & vbi add.
6 d. c. 2. ne Cler. vel Mon. 88. d. per tot.
7 Conc. Trid. sess. 14. cap 6. Cōc. Const. sess. 14. c. 1. in fin. 21. q. 4. Diaz c. 77. & ibi add.
8 Clem. 2 hoc tit. cap. pen. hoc tit.
9 S. Carol. hoc tit. c. 36

1 Conc. Trid. sess. 22. cap. 1.
2 c. 1. ne Cler. vel Monach. Conc. Calced. can. 3.
3 Igna. Lopez in add. ad Diaz cap. 57.
4 Cōc. Arelat. 2. c. 14.
5 Conc. Chartag. 4. can. 48.
6 Rom. sing. 722. incip. Proxeneta. Diaz cap. 58.
7 Licet sit vnica monitio sufficit. Host. Ioan. And. & Card. c. 2. ne Cler. vel Mon.
8 c. ex litteris, de vit. & hon. Cler.

DECRETVM XII.

PRohibemus omnibus Sacerdotibus, & alijs Clericis, ne mulieres aliquas de quibus possit haberi suspitio in domo, vel extrà detinere audeant [1] nec cum illis aliquam consuetudinem habere [2] alioquin pœnis à Sacro Concilio Tridentino [3] statutis subiaceant, & quia non nulli contrauenire audent, & tamquàm non moniti à nobis in præfatas pœnas minimè Incidisse prætendunt. Ideò volumus, & expresè decernimus, & mandamus, quod præsentis nostri decreti notitia vim habeat monitionis requisitæ à dicta Tridentina Synodo, & perindè habeantur, ac si legitimè, & iudicialiter moniti fuissent, prout huius nostri decreti serie omnes, & singulos vt suprà monemus primo, secundo, tertio, ac Canonica, trinaq. monitione præcedente, [4] nè cum prædictis mulieribus conuersationem aliquam habeant aut eas domi retinere debeant sub prædictis, & alijs pœnis, nostro arbitrio pro delicti, & personarum qualitate irrogandis, cum consanguineis, videlicet cum Matre, Auia, Sorore, Cognata, viuente Marito, & Nepte tantum [5] cohabitare concedimus, cum alijs verò vt suprà prohibemus, De Concubinarijs Laicis, & concubinis seruetur ædictum in fine harum constitutionum impressum.

1 c.1.de cohab.Cler. & mul.c.interdixit c. seq. 32. d.c. Clericus cum seq.81. d. Conc. Elibert.can.27.Conc. Carthag. prim.can.3.
2 Conc.Tolet.secund. can.3. Conc. Ispalen. prim can.3.
3 Sess.25. cap.14.Cardin. Tolet.lib.1. cap. 47.num.7.

4 Monitio facta in Synodo licèt vnica sit habet vim trinæ monitionis gl. c.si Episc. 18.d Abb.c.ex litteris de cõst.F. lin. c.Rom. de appell. Host. Ioan. Andr. Card. But. c 2. ne Cler. vel Mon. Diaz cap. 80. & ibi add. Farin.de Inquis. q 8. num 62.
5 c.volumus 81.d. latiss. de his omnibus. Farinac. tit. de delict. Carn.q.138. par.1.n. 32.cum seq.

DECRETVM XIII.

SAcerdotes, qui ratione beneficij celebrare non tenentur Dominicis diebus, & festis solemnibus ex decreto Sacri Concilij Tridentini [1] celebrare non ommittant, & ad hoc eos inducere non possumus, nisi cum venerabilis Bedæ sententia, memoriæ semper habenda, videlicet Sacerdos non legitimè impeditus, celebrare ommittens, quantùm in eo est, priuat Sanctam Trinitatem, laude, & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, iustos subsidio, & gratia in Purgatorio existentes

1 Sess.23. cap.14.

ſtentes refrigerio, Eccleſiam Chriſti Sacrificio, & ſe ipſum medicine remedio, alij verò non Sacerdotes ſingulis primis Dominicis diebus cuiuſlibet menſis in Miſſa ſolemni ſacram Communionem in Eccleſia cui aſcripti ſunt, ſumant, Subdiaconi verò, & Diaconi Dominicis, & ſolemnibus diebus cum Altari miniſtrauerint.

DECRETVM XIV.

QVod ad aures noſtras non ſinè maxima animi perturbatione ſæpius peruenit, remouere cupientes, ac ne ſub clypeo Clericatus fraudes committantur cum damno tertij, ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Clericus etiam primæ tonſuræ aliquo modo audeat, vel præſumat contractus aliquos, præcipuè emptionis ſub ſuo ficto, & ſimulato nomine celebrare, ad fraudandum collectas, ſeu publicas impoſitiones, vel vt ius congrui [1] excludat ſub pœna nullitatis contractus, [2] quos ex nunc irritos, & inualidos declaramus, itaut eis in iudicio, vel extrà, fides nulla adhibeatur, tunc autem præſumantur ficti, & ſimulati huiuſmodi contractus, quando pecunia, ſeu precium non eſt verè ipſius Clerici, vel qui alienauit, adhuc rem alienatam poſſideat, [3] & ſi pater eſt, qui contrahat, vel donet filio. Volumus quod tale commodum non excedat portionem filij Clerici ſine damno aliorum fratrum, ſi quos habet, vt inter eos ſeruetur æqualitas.

DECRETVM XV.

CLerici, qui ſacris Ordinibus initiati ſunt, infantem de ſacro Baptiſmi fonte ſuſcipere omninò prohibentur, nec ſimilitèr in confirmationis ſacramento Compatres ſint. [1]



1 Conſt. Săcimus ſub tit. de Iure Prothom. cum ſit Imp. Federici nō ligat Clericos, nec eorum bona latè Napod. in conſt. ſi Eccl. tit. de Iure congr. ſeruatur in noſtra Diœceſi conſt. Greg. XIII. de iure congr. inter perſonas Eccleſiaſticas.

2 Marăt. diſput. 9 quę tota eſt in hac materia Napod. in conſu. Neap. in conſt. ſi quis emit tit. de Iur. cong. num. 42.


3 Dec. conſ. 137. Hier. Grat. conſ. 110. lib. 1. Tiraq. de retr. cōſang. fol. 287. Napod. loc. cit. Afſl. deciſ. 338. & 370. & in conſt. Sancinus §. licet not. 6. & ibi Carol. Tapia n. 30. latè Farinac. de Falſ. & ſimul. q 162. n. 228. & ſeq. Card. Mant. de Tacit. & Ambig. tom. 2. tit. 36.

1 S. Carol. Syn. Diœceſ. 2. dec. 17.

TITVLVS II.

De residentia Clericorum.

DECRETVM PRIMVM.



ANDAMVS, quod Curati non debeant pernoctare extrà eorum Ecclesias sine nostra licentia in scriptis sub pœna arbitrij, Canonici verò obligati ad chorum, diebus præcipuè festiuis sine licentia vt supra eorum Ecclesias non deserant, nec ab eis recedant, nisi celebrata Missa, cui tenentur, assistere sub pœna ducatorum quatuor.

Extat resol. Cong. S. Con. in sess. 23. cap. 1. de reform. nisi sit casus vrgens, & necessarius.

DECRETVM II.

QVo verò ad ammissionem fructuum seruetur dispositio Sacri Concilij Tridentini, [r] in diuisione verò, & ammissione eorundem respectu temporis statuimus, quod quoad frumentum, & omnia terratica, Annus incipiat à die primo mensis Septembris, vinum à primo die mensis Nouembris, oleum, glandes, & alij fructus hyemales à prima die Decembris, [z] & ob id anno sequenti liber incipiat in prima die mensis Septembris, & ab illa die incipiat distributio, seu diuisio frumenti, & deinde successiuè vt suprà aliorum fructuum.

r sess. 23. cap. 1. & sess. 24. cap. 12.

z In vsib feu. in tit. hic fin. lex Corrad. §. his consequentèr, & ibi Afflict. n. 19. et ita seruat. Nuncius Neap. in Spolijs, & alijs obuentionibus C. A. & consuetudo seruanda est Nauar. conf. 7. de succes. ab intest. par. 1. quem videas.

DECRETVM III.

FRuctus ammissi ob non residentiam, vt supra videlicet distributiones quotidianæ, diuidantur inter Canonicos residentes, fructus verò præbendæ applicentur fabricæ, seu alijs ornamentis Ecclesiæ, prout melius & vtiliùs iudicabimus, [1] quacumque conuentione inter Canonicos non obstante.

1 Conc. Trid. d. cap. 12. & sunt in hoc plures resolut. Cardin. Conc. Trid. interpretum super d. c. 12.

TITV-

TITVLVS III.

De officio Vicarij Generalis,

DECRETVM VNICVM.



ICARIVS [1] noster Generalis, qui debet esse Clericus [2] & vtriusq. iuris vel saltem decretorũ Doctor, [3] alias in decisione causarum debeat habere votum alterius Doctoris [4] sit alienus à personarum acceptatione, [5] Episcopo præsente, omnia, quæ præcipua sunt, ad eum referat, [6] eandem iurisdictionem, quam habet Episcopus, exercere potest, [7] dicitur enim idem Episcopi, & Vicarij Tribunal [8] ab his, quæ speciale requirunt mandatum prorsùs abstineat [9] nisi in his quoquè ab Episcopo fuerit specialitèr deputatus. [10] Ideò de causis matrimonialibus [11] non minùs, quàm de benefi-

L 2

1 Episc. debet habere Vicarium General. in spiritualibus, & temporalib c. in noua 16. q 7. c cum simus 9 q. 3. c. quoniã 86. d. Abb. c. quoniã nu. 3. de off. ordin. Ruin. cõs. 148. nu. 4. volum. 2. Boer. dec. 347. nu. 6. Abb. c. sanè il primo de Cler. coniug. Couar. c. alma mater p. 1. §. 11. n. 3. de sent. excom. Rebuf. in Prax. benef. tit. de off. Vic. n. 18. spiritualia sunt excommunicare, absoluere, interdicere, pœnitentias iniungere, & similia, tẽporalia sunt recipere cẽsus, & debita, cura colligendorum, & conseruandorum fructusi, administr. circa iudic. & extraiudic. glo. c. auaritiæ de elect. in 6. Rebuff. in Prax. benef. tit. de form. Vic. Archiep. limitatur, quando Episcopus est in Diœcesi. Sum. Bullarij in ver. Archiepiscopi auctoritas fol. 75. 2 d. c. in noua 16. q. 7. Abb. d. c. quoniã n. 3. Felin. c. 2 n 6. de Iud. Rebuff. tit. de Vic. Episc. num. 35. saltim in prima Tonsura Initiatus Brun. conf. 97. lib 2. & in habitu Cleric. Rebuff. loc. cit. nu. 37. lim. 1. quando Episc. haberet temporalem iurisdictionem ibi potest deputare Vicarium laicum. Archid. d. c. in noua, & ibi Card. Turreciem. nu. 1. & 2. Dec, d. c. 2. nu. 15. add. ad Abb. d. c. quoniam 2. lim. in Assessore, seu Consultore Episcopi, Dec. d. c. 2. nu. 17. & ibi Inn. Felin. But. Imol. Archid. c. plures 16. q. 1. Bertach. in tract. de Episc. par. 7. lib. 4. tit. de Vic. Episc. nu. 22. limit. 3. In causis mere ciuilibus Clericorum, quas Episcopus potest laico delegare d. c. 2. ver. præsumant de Iud. Dec. ibi nu. 7. qui testat. de communi Rip. n. 34. Felin. c. 1. nu. 4. de Maior. & obed. Cur. Iun. l. 1. nu. 20. ff. de off. eius Ias. in l. Iubemus a n. 10. vsque ad 15 C. de Iud. 3 Nauar. conf. vn. de off. Vic. latè Iac. Sbrozzius in tract. de Vic. Episc. lib. 1. q. 36. 4 Brun. conf. 89. nu. 18. Iac. Sbrozz. loc. cit. 5 c. in Iudicijs de reg. iur. in 6. 6 Potest committere Vicario, quando sibi expedire videbitur, ne de aliquo negotio se intromittat Cap. Tholoss. q. 480. vbi add. Inn. c. Rom. de off. ordin. in 6. Abb. c. si quis contra in 1. lect. nu 25. & in 2. lect. nu. 30. de for. compet. Iac. Sbrozz. q. 173. nu. 6. lib. 2. & q. 174. nu 4. & q. 176. nu 1 lib. 2. & q. 6. nu. 6. lib. 3. 7 c. liceat c. fin. de offic. Vic. in 6. Ror. dec. 2. in add. nu. 2. eod. tit. in nou. 8 c. 2. vbi Archid. d. conf. in 6. c. Romana ibi omnes Canonistæ de appell. in 6. glo. in Clem. 2. in ver. Foraneo de rescrip. Couar. pract. quæst. cap. 4. nu 84. Rot. dec. 9. de off. Vic. in antiq. Ant. de Pret. in tract. de iurisd. Episc. qui inscribitur Clyp. Past. cap. 7. intellige in his, quæ competunt ratione ordinariæ iurisdictionis tantum, Doct. c. licet de off. Vic. in 6. 9 Abb. c. Prudentiam §. 6. de off. deleg. Paris. cõs. 19. n. 7. lib. 4. Rolan. conf. 75. n. 20. & seq. vol. 3. Dec. c. fin. de off. Vic. in 6. 10 d. c. fin. intellige quod potest Episcopus ei committere omnia, quæ sunt iurisdictionis, non ordinis, nisi Vicarius quoque sit Episcopus Abb. c. aqua nu. 2. de Consecr. Eccl. vel Alt. Sylu. ver. Episcopus nu. 1. 11 Conc. Trid. sess. 24. cap. 10. Iacob. Sbrozz. lib. 2. q. 43.

neficialibus [12] cognoſcet, nec non præſentatos inſtituet [13] ex generali commiſsione, conferre autem beneficia non poteſt [14] hoc enim Epiſcopi ſpeciale munus eſt, [15] qui poteſt,& hoc ſi ſibi placuerit, demandare. [16] Similitèr litteras dimiſſorias [17] ſine ſpeciali mãdato [18] concedere non poteſt, niſi Epiſcopus ſit abſens, [19] & in omnibus non recedat à forma commiſsionis. [20]

TITVLVS IV.

De officio Vicarij foranei.

DECRETVM VNICVM.



OFFICIVM Vicarij foranei erit, [1] Clericorum diſciplinam promouere, vt Eccleſijs præſertim inſeruiant monere, Eccleſias, & Oratoria inuiſere, & quæ à nobis in viſitatione generali fuerunt ſancita, vt executioni mandentur, curare, euellendisq. vitijs,& virtutibus inſerendis ſtudere, quęrelas ſi quæ inter ipſos Sacerdotes, & Clericos fuerint, audiat, componat, quod ſi graues ſint, ad nos deferat,& vt ipſis Vicarijs debitus honor,& obedientia præſtetur, præcipimus omnibus,& ſingulis Archipresbyteris, Abbatibus, Canonicis, alijsq. Sacerdo-

12 Dec. d. c. licèt Card.Clem.1.n.19.de off.Vic. add. ad Cap. Tol.q.148.Aug.Bero. in rub.de off.deleg.n. 26. intellige, quando ſunt ciuiliter morę,nõ criminaliter ad priuationem tunc ſpecialis commiſsio requiritur d.c. licet vbi Io. And. nu.2.Gem.n.7. glo. & Doct... de Cap.mon. in 6.Anch.cõſ.60.n.1. Mil.ver.Vic.Epiſ.Burſat.conf.310.nu.26.

13 Gl.c.ex frequentibus, ver.officialiũ,de i.ſt.& in c.fin.in ver. nõ poſſunt de off.Vic. in 6.Rot.dec:43.in antiq. incip. nota quod Vicarius, Rom. ſing. 601. Egid. deciſ. 93. Rocch. de iurepatr. verſ.competens q.31. Lãber.eod. tract.par. 3.ar.5.q.1.nu.2.Boer. dec.30.nu.4.Mil.ver. Vic.Epiſ.add.ad Cap. Tholoſ. q.148.

14 d.c.fin.de off.Vic. in 6. latè de his omnibus Rol.cõſ.47.n.19. cũ plurib.ſeq.vol.1.

15 d.c. fin. cap.cum ex iniuncto vbi Abb.n.3.de hæret. & in c.conquærente n.2.de off.ordin.

16 d.c.fin. & ibi glo.fin.eſt com.opin. Iac.Sbrozz.lib. 1. q.28. & 52.& lib.2.q.89.& 71.

17 c.cũ nullus §.inferiores,& ibi glo.in ver.non extendat,& Doc.de temp. ord. in 6. Hoſt. Bellam. & Io.Andr. in c. tua nobis in fin.ex.de off.Vic. Abb. c.ſignificaſti de off. Archid.Mandoſ.in reg.Can.24. de ma.prom. q.6 nu.8. in fine.

18 Glo. d.§. inferiores. Rol. cõſ.4.n.19.vol.1.Doctor. proximè citati.Io.Andr.d.c.cũ nullus in add.ad glo.in ver.in remotis.

19 Gloſſ.d.§.inferiores ver.Epiſcopo autem,& ibi Peruſ.in 4.not. Franc.Marc.q.619. n.3.par.2. Roland.d.conſ.4. n.19. Mand.d.q.6. n. . . Archid. c.Reatina d.63. Creſcen. deciſ.1.n.5. de off. Vic.& dicitur in remotis Epiſcopus, quando eius præſentia in breui haberi nõ poteſt c.vn.§. fin. vbi Gemin.not. Ne ſede Vac.in 6.glo.d.§.Inferiores,ver.in remotis,quæ dicit,eſſe arbitrium Iudici,quis locus dicatur remotus,ſed tutius eſt,vt etiam in caſu abſentiæ detur ſpecialiter hæc poteſtas in litteris Vicariatus.Rebuff.in Praxi tit.form.Vic.Arch.n.48 Iac.Sbrozz.de Vic.Epiſc.lib. 2.q.41.n.13.

20 Card.Clem.1. n.17.& 18.de offic.Vic.Abb.d.c.tua n.5.ex.eod.tit.

1 Agitur de eo in Clem.2.de reſcrip & ibi glo.in ver. Foraneo & in c.1.ver.Foraneus de off.ord. in 6.Fel.c.cum cauſam il 1.n.8.vbi Abb.n.3.de off.deleg.Franc.Marc.q.517.n.17.par.1.Rol.conſ. 75.nu.17.lib.3.Couar.pract.q.cap 4.n.8.Marant.de ord.Iud.par.4.d.5.principali n.14.Inn.& alij in c.Rom. in fin. de off.ord.in 6.& in c.Rom. de app. in 6. ab iſtis datur app. ad Epiſc. ſine eius Vic.Gen. Card.d.Clem.2.nu.24. Io. Andr. c.2.de Conſ.in 6. Rot.dec.350. & 371.alias 7.de off. Vic.in nou. vbi add.Couar. lib.3.var.reſol. cap.20.n.4. Abb.c.ſi quis contra n.35.de for. comp.

cerdotibus, & Clericis, vt in ijs, quæ ad eorum officium spectant, ipsis parere debeant, sub nostri arbitrij pœna.

TITVLVS V.

De officio Parrochi, seu Curati.

DECRETVM PRIMVM.



CVRATI Missas in eorum Ecclesijs Parrochialibus, non solùm Dominicis, & alijs festiuis diebus celebrent, sed etiam [1] tam frequenter, præsertim ieiuniorum diebus, vt suo muneri satisfaciant; & ideò habeant libellum, in quo propria manu scribant, vt infra: Ego N. celebraui pro obligatione, vel ex deuotione die, &c. Ieiunia quatuor temporum, vigiliarum, & Quadragesimæ, & Festa occurrentia quolibet die Dominico inter Missarum solemnia Populo annuncient, quavè ratione colenda sint, ipsum edoceant, denuncient item Indulgentias, processiones, aliasq. huiusmodi supplicationes obeundas, postremò vnà cum Populo, clara voce confessionem faciant, singulis diebus Dominicis, antequàm Missam inchoent, aquam recentem, statis precibus benedicant, Populumq. de more aspergant.

1 Conc. Trid. sess. 23. cap. 14.

DECRETVM II.

CAueant, ne culpa, aut negligentia sua, aliquem paruulum sine Baptismo, aliquem adultum sine Pœnitentiæ sacramento, sacro Viatico, Extrema Vnctione, aut etiam animæ commendatione cum solitis precibus ex hac vita discedere contingat. [1] Et ideo diligentes sint in infirmorum visitatione, quod si eorum culpa, seu negligentia aliquid istorum euenerit, sciant, se grauissimas pœnas pecuniarum, & carceris daturos. [2]

1 Syn. Aug. c. 18. Syn. Mogun. c. 34. Concil. Colon. de admin. Sac. c. 49.

2 Pœna est arbitraria. Nauar. cons. 3. de Parroch. par. 1.

DECRETVM III.

VNusquisque Parrochus habeat librum Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, & Mortuorum,

tuorum, habeat etiam librum, in quo ſtatum animarum Parrochiæ annotare debeat, deſcribendo familias, ac perſonas, qui liber debeat eſſe bene ligatus cum cartis, ſeu folijs numeratis; necnon librum præſentium Conſtitutionum Synodalium, & alium, in quo litteras, ædicta, & decreta, & alia quæcumque à Curia noſtra emanata, & quæ ad ſuæ curæ officium ſpectent, adnotet,[1] & teneatur Populo denunciare ea, quæ ex præſentibus conſtitutionibus illum inſtruere debet, prout ſuis locis explicatum eſt, ſub pœna arbitraria.

1 S. Carol. par. 2. tit. Inſtructiones variæ, fol. 619. in paruis impreſs.

DECRETVM IV.

OMnes Confeſſarij tam ſæculares, quàm Regulares, bullam Cœnæ Domini, item excommunicationum à nobis latarum, & caſuum nobis reſeruatorum paginas in Confeſſarijs affixas habere curent. Non liceat tamen eis, nec alijs Clericis cuiuſcumque gradus ſint, Exorciſtæ officium ſine facultate à nobis in ſcriptis obtenta exercere, ſub pęna ſuſpenſionis.

1 Bulla in Cœna Domini, in fi. §. cæterum.

DECRETVM V.

SAcrorum cinerum vſus, ad ſignificandam, & excitandam pęnitentiam introductus, nullatenus à Parrochis prætermittatur, ſimiliter & Sanctum inſtitutum, candelas, ramosq. Palmarum benedicendi, & fidelibus tradendi, ſtatis ab Eccleſia temporibus obſeruari, & non prætermitti mandamus.[1] Quæ tamen omnia in Eccleſijs tantùm dentur. Curent etiam Parrochi, vt ornamenta, & vaſa ſacrorum myſteriorum vſui dicata, quoad fieri poteſt, munda[2] ſeruentur. Quapropter corporalia quater in anno lauentur, Purificatoria ſemel in menſe, Calices, & Patenæ bis in menſe tergantur. Altaria verò quolibet bimeſtri tobaleis mundis ſternantur, ſacras veſtes, & vaſa vetuſtate, & longo vſu conſumpta, & ob id ſacris myſterijs inepta comburantur, & cineres in ſacrario recondantur,[3] nullo tamen modo venundentur,

1 Conueniant omnes Presbyteri. & Clerici ciuitatis in Cathedrali, prout conſuetū eſt ſub pęna Iuliorū quinque pro quolibet.

2 c. 2. de cuſt. Euch. Henr. de ſyn. epiſ. ar. 1. concl. 13. nu. 218.

3 c. Altaris, de conſ. d. 1.

tur, donentur, permutentur, aut prophanis vſibus deputentur, neminiq. laicorum permittant, vt ſe ſacris veſtibus induat, [4] aut Calices, patenas, & alia ſacra ex propoſito tangat, [5] excommunicationis pęnam comminantes. Caueant item, ne Campanæ ad libitum cuiuſque, ſed congruis horis ad vocandum Populum ad diuina pulſentur. Ideo Campanile cuiuſuis Eccleſiæ valuis firmis, ac claue muniatur, Indulgentias pariter, niſi à nobis probatas non promulgent, abuſus, & quæſtus omnes, quando promulgandæ erunt, prorſus tollant, aliàs punientur.

4 c.nemo per ignorantiam, cum duob. ſeq. de conſ.d.1.

5 c.omnis Presbyter, 4.d. d. c. nemo, & c. ſeq. c.ſacratus. c. non oportet. c.non liceat, 23.d.Soter.Papæ epiſt. 2. Conc. Carthag. 4. can.98.& 99. Concil. Brach.1.can.28.

DECRETVM VI.

QVilibet Curatus noſtræ Diçceſis teneatur in die Iouis Sancti, mittere Sacerdotem, [1] ſi habet, vel perſonam in ſacris conſtitutam, aut ſaltim Clericum, veſtibus Clericalibus indutum, non proceſſatum, & criminoſum ad minus 17. annorum cum tribus vaſculis mundis, & capſula, ad ſuſcipienda olea ſancta in noſtra Cathedrali Eccleſia ab eius Primicerio, [2] non tamen aliquis poſſit deferre, niſi vaſa ad ſummum duarum Parrochialium, ſub pęna in caſu contrauentionis ducatorum quatuor, admonentes illos, qui detulerint olea ſancta modo quo ſuprà, vt ipſa alicui alteri perſonæ non tradant, niſi proprio Parrocho, ſub pęna ſuſpenſionis.

1 c.Presbyter, 95.d.c. Presbyter qui, c.omni tempore, de conſ.d.4. S.Caro.de Sacr.Vnct. cap.8.& Synod.Dçc. 2. dec. 14. Concil. Cartag.4. cap.36.

2 Debet deferri, ſicut Sanctorum reliquiæ. Conc. Antiſiod.can.6. Concil. Vormaticen. can 60. vt in tom. 3. Conc.

DECRETVM VII.

CVrati etiam tenentur quolibet anno ante feſtum Aſcenſionis Domini nobis ſignificare nomina eorum, qui præcepto Eccleſiæ, de communicando in Paſchate non ſatisfecerint; & ideo mandamus, illos ſeruare, quod fit in Vrbe. Nam Parrochus intra Quadrageſimam deſcribit omnes commorantes in Parrochia cum ætate ad cognoſcendum, ſi ſint apti ad communionem, & poſteà in Paſchate dat communicatis cedu-

Iam, hoc modo Inſcriptam. Com municatus anno tali in Eccleſia tali, vel loco cædulæ poterit dare ſigillum cum annotatione anni, deinde poſt octauam Paſchatis, ante Aſcenſionem, requirit cędulam ab omnibus, diſcurrendo per domos Parrochiæ; ſi aliquis eam non tradit, ſignum eſt, quod non communicauit, & niſi intrà paucos dies præcepto Eccleſiæ ſatisfecerit, denunciat Curiæ, & ita etiam ſeruent in hac noſtra Dięceſi.

DECRETVM VIII.

Hortamur omnes, ne differant peccata ſua confiteri in hebdomada ſancta, quo tempore Sacerdotes functionibus ſacris valdè occupati ſunt, & ideò Parrochi per ſe ipſos, & per Concionatores debeant in prima Dominica Quadrageſimæ Populum monere, vt in Dominica Palmarum quilibet ſit confeſſus, peccata ſua, & non confeſſis [1] eo die non dabuntur palmæ benedictæ.

[1] S.Carol.in inſtruct. Confeſs.to.2.fol.572.

TITVLVS VI.

De officio Iudicum ſynodalium.

DECRETVM VNICVM.



SACRA Oecumenica, & vniuerſalis Tridentina Synodus [1] iubet aliquos viros, eoſquè tales eligi, quales Summus Pontifex Bonifacius Octauus ſua Conſtit. præſcripſit, [2] qui apti, & idonei ſint, vt ipſis cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes delegentur, quod decretum nos exequentes aliquos elegimus in hac noſtra Synodo, quorum [3] nomina in Sacriſtia huius noſtræ Cathedralis Eccleſiæ continuò affixa remanebunt, horum officium duret, quoad altera Synodus [4] habebitur.

[1] Seſs.25. cap.10.
[2] c.ſtatutum, de reſcr. in 6.
[3] Conc.Trid. d.c.10. & ibi S.C. Car.interp. Conc. Archiep. Mediolan. in locum mortui, vel abſentis per longum tempus Ordinarius poteſt alium ſubſtituere, & debet petere, ſed non ſequi conſilium Capituli, ita S.C. Card.ad ſeſs.25. cap. 10.ad Archiep. Flor.
[4] Sac.Cong.vt ſupra.

TITV-

TITVLVS VII.

De officio examinatorum.

DECRETVM PRIMVM.

EXAMINATORES, qui iuxtà Concilij Tridentini dispositionem [1] sex ad minus esse debent, cum in locum examinis conuenerint, qui eidem præest, orationem Sancti Spiritus de libro pronunciet, nec examinis initium fiet, nisi nobis, vel Vicario nostro Generali, præsentibus, si quis examinandum priuatim docuerit, is examini nec præsens sit, nec vnus alteri Collegæ examinandum aliquo modo commendet, Clericusq; examinandus diligenter inspiciatur, & nisi decenti veste indutus, & tonsura signatus, non admittatur; [2] sciant etiam nihil eos posse recipere, etiam post examen, non tantum ab examinando, sed nec ab alijs, eius intuitu, & contemplatione, & hoc non solùm seruetur in examine quoad beneficia, sed etiam quoad ordines. [3]

1 Sess.24.cap.18.

2 S. Carol. hoc tit. cap.9.

3 Cong.Conc.die 20. Augusti 1593.

DECRETVM II.

EXaminatores, ad minus tres [1] sint, cum de beneficio curato quauis ratione conferendo, vel in generali ordinum collatione; aut de Concionatore, vel Confessario approbando, examen instituitur; ea autem ratio in examine habeatur, vt is interroget, quem nos, vel Vicarius noster, nobis absentibus iusserit, eorum officium, vsque ad alterius Synodi celebrationem durabit, licèt vltrà annũ differatur, [2] debeant etiam iurare antequã recedant ab hac Synodo, forma à nobis præscripta.

1 Conc.Trid. sess.24. cap.18.

2 S. Carol. hoc tit. cap.vlt.

DECRETVM III.

SI de beneficio Ecclesiastico examen habendum sit, tunc priùs examinandus in manibus nostri Cancel-

recipiantur, qui non habent fidem communionis illius anni, ac omnes Confratres munus suum exequantur, tàm in associatione defunctorum, quàm in alijs pietatis operibus, iuxta cuiusque Confraternitatis instituta.

DECRETVM III.

NOuas Confraternitates erigi sine nostro consensu, & formula erigendi, à nobis gratis concedenda deinceps prohibemus; [1] erectæ verò infrà duos menses post præsentium publicationem nobis earum Capitula præsentare debeant, vt si quæ sacris Canonibus fuerint contraria resecari curemus.

DECRETVM IV.

VT etiam omnis intemperantiæ occasio à pijs locis remoueatur, prohibemus omnibus Confratribus cuiuscumque Sodalitatis, sub pœna excommunicationis, ne Conuiuia, [1] & commessationes agant; [2] sed si fortè ob eam rem in alias ædes conuenire voluerint, sub eadem pœna præcipimus, ne ex Confraternitatum, seu Hospitalium bonis quicquam in eum sumptum erogare præsumant, ac ibidem mulieres non admittantur, saltus, aut soni, & cantus in conuiuijs, & extrà omninò prohibemus sub eadem pœna, [3] Ne autem aliquis ignorantia excusetur; Mandamus omnibus Curatis, vt quolibet anno per quindecim dies ante festiuitates, in quibus prædicta fieri solebant, inter Missarum solemnia decretum istud, vulgari sermone, alta, & intelligibili voce Populo publicent, & declarent.

DECRETVM V.

ADministratores omnes prædicti, iuxta Tridentini Concilij [1] decreta, rationem nobis, aut Vicario nostro generali, vel à nobis deputato singulis annis reddant, quod si moniti non paruerint, per carcerationem, [2] & per censuras Ecclesiasticas compellentur, & omninò inter eos debeat esse saltim vnus Clericus. [3]

1 Clem. VIII. fel. rec. in constit. incip. Quæcúque, 24. Dec. 1604.

1 S. Carol. d. tit. cap. 6.
2 Côc. Laodic. can. 28
3 Conc. Trid. sess. 22. tit de rel. q. Sanct. ver. quasi festi dies. Henr. de syn. Episc. ar. 1. con clus. 13.

1 Conc. Trid. sess 22. cap. 9 S. Carol. d. tit. cap. 21. Io. Paul. Montan. in pragm. 2. de admin. & bono Reg. vniu. §. 12 n. 7. & seq.
2 Conc. Tr. d. sess. 25. cap. 3. de refor. ibi per sonarumq. districtionē. Domin. & Francus in c. cū Episcopus, de off. ord. in 6. Feli. c. cū sit, n. 20. de foro cōp. vide Aufrer. in Clem. 1. in prin. ver. ex præmissis, de off. ord. Couar. pract. q. cap. 10. Fran. Marcus q. delphin. 449. par. 1. Mar. Soc. d c. cum sit generale, in fi. Diaz in praxi, cap. 153. nu. 6. & ibi latissime Lopez in addit. Farin. q. 8. prax. Archiep. Neap. cap. 13. in fi. latiss. defendit hanc veram opin. Pet. Foll. Doct. huius Regni in sua praxi crim. Canonica, ver. aut inquisitione formata, nu. 52. Anast. Germ. Archiep. Tarentasien. de sacr. immu. lib. 3. nu. 77. vide infra in 6. ædicto, nu. 7.
3 Ioan. Pau. d. pragm. 2. nu. 207.

DECRETVM VI.

S. Carol. d. tit. cap. 45.

MAndamus Confratribus, ne deferant arma ad Ecclesiam, vel Oratorium Confraternitatis nisi illi, qui solent, ea deferre, sed cum Confratriæ amictu induti sunt, ne deferant.

TITVLVS XI.

De quæstoribus Eleemosinarum. [1]

DECRETVM PRIMVM.



CVRATIS omnibus præcipimus, nè in futurum, sub pœna arbitrij aliquem admittant pro eleemosinis quærendis sine nostra licentia in scriptis[1] excipimus eos, qui per vnum tantum diem panem, & alia ad victum diurnum necessaria quærunt.

DECRETVM II.

ET quia sæpissimè isti quæstuarij flagitiosè viuunt, benedicunt, seu obsignant animalia, imprecationes, & præstigia faciunt, Indulgentias, & alias spirituales gratias promulgant, Concionem per se, vel per alium habere præsumunt, [1] Reliquias Sāctorum, ac Imagines, seu grana benedicta, acus, aliaq. huiusmodi munuscula deferunt, quibus simplicium fidelium animos ad eleemosinas sibi tribuendas alliciunt, mandamus omnibus Curatis, vt statim atquè de prædictis, vel eorum aliquo notitiam habuerint, nos certiores faciant sub pœna arbitrij.

[1] Conc. Trid. sess. 21. cap. 9. & sess. 5. cap. 2. in fine. Nau. tom. 3. de indultis not. 31. n. 46. & tom. 4. de horis Canonicis, c. 12. nu. 79. & miscel. 66. n. 4.

[1] Prohibetur de iure com. c. cum ex eo de pœnit. & remiss. clem. abusionibus eod. tit. & ideo Episcopus adiuuando ius commune potest imponere pœnam ex com. vel aliam Henr. de Syn. Episc. art. 1. conclus. 13. n. 229.

[1] Conc. Trid. sess. 25. cap. 2. in fine, & sess. 21. cap. 9. c. cum ex eo de pœnit. c. tuarum de priuil. Prax. Archiepisc. Neap. cap. 59. n. 12.

TITVLVS XII.

De Monialibus.

DECRETVM PRIMVM.



VICVMQVE Clericus, siue Sæcularis, vel Regularis cuiuscumque ordinis, aut laicus cuiuscumq. status, dignitatis, gradus, conditionis, ipsarum monialium septa interdiù, vel noctu introire ausus fuerit, is, eo ipso excommunicatus sit, à qua non nisi per Summum Pontificem potest absolui, [1] & si Clericus sit, suspensus executione suorum ordinum remaneat, quod si etiam beneficiatus sit, ipso facto priuatus, & præsentis decreti authoritate fructus suos non faciat, quo decreto excipimus eos, quibus ob necessariam monasterio eorum operam, & industriam nos ingrediendi licentiam singulis annis renouandam, scripto concedemus.

1 c. periculoso de stat. Regul. in 6. Concil. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5. Pius V. in Const. circa Pastoralis officij, 19 Iunij 1566 in Bull. fol. 930. Greg 13. in Const. de Sac. Deo Virginibus, 21. Ianuarij 1573.

DECRETVM II.

QVicumque Clericus etiam Regularis, aut laicus cuiuscumque gradus, status, & conditionis ad Monialium Monasterium accesserit, & cum earum aliqua vel ad Cratam, seu Rotam, [1] vel in Ecclesia non impetrata à nobis, vel à deputato nostro colloquendi facultate, quæ gratis concedi debet, sermonem habuerit, aut litteras scripserit, quæ Abbatissæ primo assignari debeant, pœnam excommunicationis incurret, [2] exceptis tamen illis, qui victum, vel alia necessaria pro Monialibus, & alijs existentibus in dictis Monasterijs deferunt, qui ad Rotam tantùm impunè poterunt cum eis loqui, & si litteras deferant illas, vt supra Abbatissæ consignent; Similiter excipimus Patrem, Matrem, Fratres, & Sorores; abstineant tamen in diebus festiuis, ne Moniales abstrahantur à diuinis quibus tunc magis vacare debent. Aduertant tamen Religiosi, quod

1 Rotæ in anteriori parte Monasterij vnicus firmiter impactus sit ne pro libito verti extrinsecus possit. S. Carolus de Monial. cap. 44.

2 c. Monast. vbi Abb. de vita, & hon. Cler.

3 D: mand. Sixti V. nonis Maij 1599.



ex decreto S.C. Regularium [3] non possunt, loqui cum Monialibus etiam cum proprijs Sororibus absque expressa licentia dictæ Congregationis sub pęna priuationis officiorum, ac vocis actiuæ,& passiuæ, ipso facto incurrenda, & alijs arbitrio eiusdem Congregationis.

DECRETVM III.

NVllus Sacerdos audeat celebrare in Ecclesijs Monialium sine nostra licentia in scriptis,aut à nobis deputati sub pœna suspensionis à diuinis ipso facto, & alijs, nostro arbitrio; Excipimus ab hac prohibitione Confessorem ordinarium earundem Monialium, quod si Religiosus ibidem cum nostra licentia celebret, sciat, se non posse cum Monialibus vllo quæsito colore loqui, vt in dicto decreto.

DECRETVM IV.

QVandò Concio de nostra licentia in scriptis in Ecclesia Monialium habetur, tunc claudantur Ianuæ Ecclesię,nullusq.in ea remaneat pręter duos saltim Procuratores Monasterij, qui Concionatorem adducant, & reducant, sciatq. Concionator, si Regularis est, eidem non licere loqui cũ Monialibus ex decreto S.C. [1]

1 Nonis Maij 1590. vt sup.d.2.

DECRETVM V.

COnfessarius semel saltim in singulos menses audiat peccata Monialium eisq. [1] Sacrosanctam Eucharistiam administret, quod si aliqua monialis hoc non obseruet, statim nobis referat, Monasterij verò septa ingredi non possit, excepta causa, administrandi sacramenta ægrotis monialibus, cum graui,& periculoso morbo laborant, habita tamen relatione medici, nisi mora periculum possit afferre, & tunc eundem Confessarium duæ, aut tres Moniales, quæ ætate cæteris præstent, comitentur, eædemq. Moniales omnes prosequantur quicumque septa Monasterij de licentia, vt suprà introierint

1 Conc. Trid. sess.25. cap.10.de Reg.Clemne in agro §. sacro de stat. Monach.

rint etiam nos ipsos in visitatione, facta prius semper significatione sono Campanæ minoris Monialibus se recipiendi, quam consuetudinem nisi Abbatissa seruauerit, officio priuabitur nostro arbitrio.

DECRETVM VI.

NVllus audeat propè Monasteria pila ludere; vel de die, aut de nocte cantare sub pœna excommunicationis, fenestræ etiã existentes ex aspectu Monasterij infra mensem claudantur, & amplius non fiant. [1]

DECRETVM VII.

QVod Romani Pontifices, [1] ac Sacrosancta Tridentina Synodus [2] constituit de Monialibus, & eorum numero, executione demandantes. Statuimus, vt in Monasterio Sanctæ Claræ Ciuitatis Soræ, Ord. S. Bernardi non recipiantur vltrà quadraginta Moniales cum dote ducatorum ducentorum, nec non & ducatorum quinquaginta pro aconcio, quæ verò cum licentia Sacræ Congregationis suprà numerum recipientur, soluant pro dote ducatos 400. in pecunia numerata, & non minus [3] & ducatos quinquaginta pro aconcio; puellæ vero educationis gratia recipiendæ non sint supra viginti, Conuersæ verò quinquè tantum sint, quę pro dote quinquaginta ducatos soluant, & alios quindecim pro aconcio. In Monasterio S. Andreę Terrę Arpini nostræ Dioecesis Ordinis S. Benedicti, Moniales tantum viginti quinque recipiantur, puellæ educationis gratia decem, Conuersæ verò duæ, vel ad summùm tres, omnes cum dote, vt dictum est in Monasterio Sorano; licet durante fabrica plùs recipiatur, & pecunia pro dote debeat esse præsens, & ob id depositum debet esse reale, & non per Confessionem, in pecunia numerata penès Depositarium nostrum pœnarum, vel alium idoneum Presbyterum, & non laicum vllo modo, [4] vel ponantur pecuniæ in capsa in Monasterio custodienda arbitrio

1 adest. pragm. 3. sub tit. de Monial. in qua est posita pœna ducatorum mille, Vin. de Franc. dec. 213.

1 Pius V. d. Const. circa Pastoralis Greg. XIII. d const. de sacr. vt in primo decreto huius tit.

2 d. sess. 25. cap. 3. in fin. de Regul.

3 Decretũ S.C. 6. Septembris 1604. refert Summ. Bull. ver. Monasteria Monialium, fol. 360.

4 Ordinationes S.C. n. 43. in d Su. Bull. fol. 351. experti sumus difficilem reddi exactionem contra laicos, Clerici vero huius Dioecesis fere omnes sunt pauperes, & ideò non passim recipiendi.

bitrio Episcopi adhoc, vt finito anno probationis possit statim dos dari Monasterio, & ob id non recipiantur Census, vel stabilia, quia experientia compertum est in damnum Monasterij cedere, nec habitum Religionis recipiat, nisi duodecimum annum excesserit, [5] professio verò fiat pòst decimum sextum annum, [6] & habitu suscepto post annum. [7] Prohibemus autem ne vllo modo Moniales recipiantur sub vmbella, cum eius vsus tantùm concedatur pro Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & pro Reuerendissimo Episcopo sub pœna excommunicationis.

5 Concil. Trid. d. sess. 25. cap. 17.
6 Conc. d. sess. 25. cap. 15.
7 Conc. loco cit.

DECRETVM VIII.

PVellæ in dictis Monasterijs educationis causa non recipiantur, nisi præstita idonea cautione in actis nostri Cancellarij per aliquem idoneum Clericum, vel laicum, cum expressa renuntiatione cum iuramento fori laicalis [1] & cum Camerali obligatione, cum clausula quod in subsidium possit excommunicari, de soluendo alimenta quolibet semestri anticipatè, & de recipiendo easdem puellas ad omne nostrum mandatum, quæ verò elapso mense non soluerint, dimittantur à Monasterio, & de hoc quàm primùm certiores nos faciant.

1 Laici possunt se submittere foro Ecclesiastico, sine licentia Baronum, Fel. c. significasti, in prin. de foro comp. Bar. & alij l. hoc Edict. § post operis ff. de oper. noui nun. vide Mar. Soc. c. ex transmissa in 5. princ. ar. de foro cõp. Campania doctor Regni in extr. Clem. 7. de Vita, & hon. Cler. ver. priuilegio nu. 29. Maran. in 12. d. Iud. nu. 25. Capic. viden. dec. 9. Gram. dec. 30. Bern. Muscat. in Prax. Ciu. Neap. par. 2. glo. ver. competens, n. 47. Prax. Archiep. cap. 13 & probatur d. c. significasti, & ita passim seruatur in hac Curia Episcopali.

DECRETVM IX.

NVllus contractus celebretur de bonis Monasterij, siue locationis, siue censualis, vel alius cuiusuis generis, nec detur dilatio debitoribus Monasterij sinè nostra licentia in scriptis [1] sub pœna quoad Abbatissam suspensionis ab officio per tres menses, & quoad Procuratores arbitraria pro qualibet vice, inuentariũq. omnium bonorum Monasterij ad nostrum Archiuium Episcopale à Procuratoribus deferatur. [2]

1 S. Carolus hoc tit. cap. 11. & cap 85.
2 S. Carol. cap. 88.

DECRETVM X.

NOn emantur stabilia, nec Census vltra summam ducatorum 100. sinè consensu omnium Deputato-

tatorum per vota secreta infra centum verò sufficiat consensus Reuerendissimi Episcopi, & Procuratorum Monasterij, qui debeant dare votum iuxta eorum conscientiam, nec respiciant carnem, vel sanguinem sub pœna æternæ damnationis.

DECRETVM XI.

AD Confessarium extraordinarium, qui à nobis ex Sacri Concilij Tridentini decreto [1] bis, aut tèr in anno deputabitur omnes moniales, nulla excepta, accedere debent, cui tamen liberum est, sua peccata confiteri, vel non, vt decreto Sacræ Congregationis Regularium statutum est, [2] is autem non erit, qui Confessor ordinarius quandoq. fuit nisi alitèr nos Iudicabimus. [3]

1 d. sess. 25. cap. 8. in fine de Regul.

2 In ordin n 35. in d. Sum. Bull. fol 354.

3 S. Carol. cap. 38.

DECRETVM XII.

MOniales non recipiant in Monasterijs triticum, vel alienas fruges, [1] nequè vllius generis esculenta, ientacula, & similia coquant, aut conficiant, [2] aut illa vendant, donent, aut largiantur, nisi de nostra licentia, quæ dabitur tantùm pro infirmis.

1 S. Carol. cap. 86.

2 Ordin. S.C. n. 14. vt suprà. S. Carol. cap. 66.

DECRETVM XIII.

CVm in nostro Monasterio Sorano fuerit à nobis electus locus pro infirmaria communi iuxtà decreta sacræ Congregationis, [1] mandamus Confessario Monialium, ne extra illam cuiusuis audiat Confessionem sub pœna suspensionis ab illarum, & aliorum quorumuis Confessionibus audiendis, in quam, ipso facto incurrat; vt eodem decreto Cardinales rescripserunt, idem obseruabitur in Monasterio Arpini, cum ibi construetur locus pro infirmaria.

1 Ordin. S.C. n. 17. S. Carol. cap. 72.

DECRETVM XIV.

MOnialibus, & earum Ecclesijs cantum figuratum expressè prohibemus, sed tantùm firmus cantus

ſtitutionem ad omnium memoriam, ac notitiam reducimus; Monentes omnes, & ſingulos, vt eam inuiolabiliter obſeruent, ſub pœnis, & cenſuris in ea appoſitis.

DECRETVM II.

VT autem dicti contractus ſoccidæ validi ſint, ſimul tria interueniant, Curati diligenter aduertant. [1] Primo quod animalia tradantur ſocio abſque eo quod partem pretij ſoluat, vt vnus animalia ponat, alter verò ſocius induſtriam, & laborem, & lucrum etiam diuidatur inter eos arbitrio boni viri, [2] itaut ſemper habeatur ratio laborum, induſtriæ, & expenſarum ſimul etiam & animalium. Secundo requiritur, quod animalia pereant ipſi Domino. Tertio quod lucrum reddatur, ſeu diuidatur, quando verè percipitur lucrum, & ideo ſi abſque ſociorum culpa non habeatur, eo anno lucrum ex animalibus datis in ſoccidam, tunc non reddant aliquod lucrum Domino.

1 Card. Tolet. lib. 5. cap. 41. Farin. conſ. 54. per tot. Nau. in Man. cap. 17 n. 260. Roſella ver. vſura, 3. § 13.


2 Inſpiciendum eſt, vt ſit licitus contractus, quod Ruſticus non grauetur, ita S. Iu. Prierius Roſa aurea in tractat de quæſt. impertinen. caſ. 45. & 46. quem omnino videas qui concludit, quod ſi locator non ſubit periculum fortuitū, vel deteriorationis, vel neutrum, ſemper contractus eſt illicitus. Rot. dec. alleg. corā Pellegrino, & coram Orano in Foroliuien. cenſus 13. Nouembr. 1589. & in alia Cremonen. prætenſarum vſurarum, vlt. April. 1593.

DECRETVM III.

COntractus etiam cenſuales frequentes ſunt; vnde pro animarum ſalute mandamus, vt in illis, quæ ſequuntur, interueniant. [1] Primo, quod fundus ſuper quo imponitur cenſus, verè reddat, vel ſui natura poſſit reddere fructus ipſius cenſus, & ſic ſit res ſui natura [2] fructifera illius annui cenſus. Secundo quod ille fundus verè, & pacificè poſſideatur a venditore cenſus, & ſic ab illo, qui recipere intendit pecunias. Tertio quod ſi fundus cenſus pereat, vel ex eo fructus non percipiantur, abſque culpa venditoris, emptor non recipiat fructus.

1 Vide Extrau. 1. & 2. de empt. & vend. Card. Tolet. d. lib. 5. cap. 45.

2 Vide Conſtit. Pij V. incip. cum onus, 14. Kal. Feb. 1568. & late Nau. in com. de Vſur. n. 84 imprimitur in ſi. Man. in vlt. impreſs. de anno 1602.



TITV-

TITVLVS XV.

De Pœnis.

DECRETVM PRIMVM.

POENAE, & multæ omnes cuiuſuis generis ſint, ſiuè Clericorum,ſiuè aliorum quorumcumque piorum locorum, operumvè vſui verè attribuantur,[1] nulla prorſus parte reſeruata, aut alij vſui attributa, niſi ea modica, quæ Aduocato Fiſcali attribuenda ſit pro modo laborum,[2] mulctas verò, quæ pro delictis mixti fori[3] laicis à Iudicibus Eccleſiaſticis irrogabuntur, ita diuidi volumus, vt tertia pars pijs locis, alia ad Fiſcum Principum ſæcularium[4] pertineat; reliqua accuſatori detur; & vt de his omnibus certa ſemper ratio haberi poſſit; Statuimus, vt omnes pœnæ, vt ſuprà in certum Codicem diſtinctè referantur, qui in noſtro Epiſcopali Archiuio diligenter cuſtodiatur,[5] eligaturq. à duobus antiquioribus de Capitulo, Depoſitarius idoneus, qui Clericus exiſtat,qui etiam Dati, & Accepti librum conficiat,[6] nec aliquid ſoluat, niſi de ordine noſtro in ſcriptis, alias de ſuo ſoluiſſe, iudicari debeat, & quolibet anno rationem nobis reddere teneatur.

1 Conc. Trid.ſeſs 25. cap.3.c.2. de pœnis. Conc.Tolet.de Anno 1565. act.2. cap. 14. Hoſt. de off.ordin §. quid pertinet. Lopez ad Diaz cap. 145. Sũ. Bull ver.pœnæ pecuniariæ. Farin.q.19.n. 51.qui loquitur etiam contra laicos.

2 S. Carol. hoc tit. cap.1.

3 In criminibus mixti fori eſt locus præuentioni inter Iudicẽ Eccleſiaſticum, & ſecularem. Abb. & alij in c.cum ſit generale,de foro comp. Guidop. dec. 562. Boſſius tit. de foro comp. n.160. qui loquitur extra terras Eccleſiæ. Affi. dec.2 9 incip.in foro Archiepiſcopi, & ibi Viſill.n.2.& dec.230 Vin.de Franchis dec. 147.n.5.Prax.Archiepiſc.Neap.cap.11.late Foller.Doct Regni in praxi criminali canonica,verſ.aut inquiſitione formata a nu. 52,vſque ad 65.

4 S. Carol. hoc tit. cap.3.

5 S. Carol. hoc tit. cap.2.

6 Conc.Tolet de anno 1565.vt ſuprà.

DECRETVM II.

QVoniam experientia compertum eſt, tàm Clericos, quàm laicos noſtræ iuriſdictioni ſubditos ſubterfugijs, & cauillationibus legum diſciplinam euitare, ac clypeo appellationum ſuffultos inhibitiones obtinere, nec appellationem ampliùs proſequi curant; quo fit vt condemnatio multotiès obliuioni tradatur, & ſic delictum impunitatem & exindè ditionis noſtræ tranquillitas perturbationem non modicam conſequatur. Quare conſtitutioni,ſeu motu proprio fæl.rec. Pij Papæ V.[1] inhærentes,quam in noſtra Diœceſi quoad

1 Incip. licet iuri, in eius Bull.n.131.

noſtros ſubditos ſeruari mandamus, tempus ad appellationem proſequendam, & finiendam reſtringentes. Decernimus, vt lata in cauſis criminalibus ſententia continente pœnam pecuniariam locis pijs applicandam, appellantes ab ea (in caſibus, quibus de iure permiſſa eſt appellatio) teneantur infrà ſex menſes à die interpoſitæ appellationis computandos, ità coram Iudice appellationis cauſam ſuam proſequi, vt etiam expeditionem reportent, quibus elapſis, & expeditione coram Iudice, à quo non reproducta, poſſit Iudex, à quo etiam ſi acta fuerint tranſportata, ſententiam præfatam debitæ executioni demandare, iuxta formam, & tenorem dicti motus proprij, ſeu Conſtitutionis Pij V. quam in noſtra Diœceſi, & extra quoad noſtros ſubditos, & in cauſis ad noſtram Epiſcopalem Curiam ſpectantibus, & ad Romanam Curiam quomodolibet deuoluendas ſeruari volumus, & mandamus.

TITVLVS XVI.

De ſententia excommunicationis.

DECRETVM PRIMVM.



VT diligentiùs fideles caueant, ne excommunicationis vinculo innodentur, Parrochi munus ſit, eos ſæpius docere, [1] quàm grauis ea pœna ſit, vt maior in Eccleſia non reperiatur. [2] Vnde S. Auguſt. [3] dicebat, grauius eſſe hoc ſpirituali gladio feriri, quàm illo materiali, vel quàm ſi à feris deuoraretur, aut flammis vreretur, qui enim excommunicatur, Sathanæ traditur, [4] & Dæmones non vexant eos corporaliter, vt anteà eueniebat; [5] ne homines timeant multùm excommunicationem, vt refert Card. de Turrecrem. [6] tamen verum eſt, excommunicatum poſſideri à Diabolo. [7] Vnde Eccleſia pro illo non orat, nec viuo, nec mortuo, [8] & ideò omni timore, & tremore caueant fideles ab illis criminibus,

1 S. Carol. hoc tit. cap 2.
2 c. concipiantur, 24. q. 3.
3 c. nihil, 11. q. 3. & ibi Card. de Turrecr. Man. Paſt. cap. 34.
4 c. omnis Chriſtianus, 11. q. 3.
5 Corint. 1. c. 5. Alph. Aluar. in Specul. Iur. c. 39. vbi dicit, quod ſicut in primitiua Eccleſia Apoſtoli habebant, prout hodie habent Sacerdotes, & Exorciſtæ poteſtatem à Domino eijciendi Dæmones à corporibus obſeſsis, ita habent poteſtatem tradendi eos; Dæmonibus affligendos, pro enormibus peccatis, & ſic in primitiua Eccleſia corporaliter etiam affligebantur excommunicati.
6 c. audi, 11. q. 3.
7 gloſ. fin. d. c. audi.
8 c. quicumque, 11. q. 3.

bus, propter quæ pœna excommunicationis infligitur, vt sunt hæreses,[9] simonia,[10] sacrilegia,[11] violatio clausuræ Monialium,[12] percussiones Clericorum,[13] violatio libertatis Ecclesiasticæ,[14] exactio Gabellæ à Clericis,[15] non soluere decimas,[16] vsurpatio bonorum Ecclesiæ,[17] & similia; addant etiam Curati, quàm graue, & periculosum sit in excommunicatione perseuerare; is enim, elapso anno de hæresi suspectus redditur,[18] & ob id si contigerit, excommunicatum ex sua Parrochia, & Terra ad aliam accedere, ipse statim illi Parrocho significare curabit, eum esse excommunicatum ex tali causa, ne vnius contagio oues corrumpantur,[19] & vt excommunicatus, dum ab omnibus se vitari viderit, ad reconciliationis gratiam obtinendam facilius inducatur.

9 Exc. in Bull. Cœnæ, n. 1.
10 Extrau. Mart. V. incip. Sacro. Silu. ver. simonia, nu. 19.
11 Silu. ver. sacrileg. in fine.
12 Greg. XIII. d. cōst. de sacris Deo Virg. 21. Ian. 1573.
13 c. si quis, 17. q. 4.
14 Greg. XIV. const. cū aliās nonnulli, 28. Maij 1591.
15 Excom. Bull. Cœn. nu. 18. c. Clericis, de immun. Eccl. in 6. Nauar. cons. 5. de immunit. Eccl.
16 Sup. tit de decim.
17 Extr. Ambitiosè, de reb. Eccl. non alie. Concil. Trid. sess. 22. cap. 11.
18 Conc. Trid. sess. 25 cap. 3. in fin. de refor. Nau. in Man. cap. 27. nu. 71 & cons. 3. n. 4. de reb. Eccl. non alie. direct. Inquis. q. 47. p. 2. & in Capitulo Regni 102. & 163. aliæ pœnæ imponuntur, quas vide.
19 c. curæ, 11. q. 3.

DECRETVM II.

Excommunicationes ad finem reuelationis, siuè monitoria debent iuxtà dispositionem sacrorum Canonum,[1] & Concilij[2] concedi pro re graui, & ideo disponimus, quod illa non concedemus, primò ad instantiam excommunicati, nec publici peccatoris,[3] nec super facto proprio,[4] nec infrà ducatos decem, ad fulminationem verò non deueniemus, nisi contineant summam ducatorum vigintiquinque,[5] & constito prius de interesse Oratoris.[6]

DECRETVM III.

Vt fraudibus occurramus. Statuimus, quod in dictis monitorijs ponantur, ac subintelligantur infrascripta primò clausula, dummodo petentis intersit in ducatis decem. Item quod habeant vim contra personas, quas omninò prorsus ignorat,[1] nec pendet lis su-

O per

1 c. ad nostram, il 2. de iureiur. vbi est locus harum literarum monitorialium, c. sacro, il 2. de sen. excō. c. Episcopi, 11. q. 3. cum seq.
2 Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de ref.
3 gl. & Abb. c. nouit, de iud. S. Carol. hoc tit. cap. 5.

4 Quia non præsumitur obliuio, nisi esset antiquum vltrà decem Annos. Bart. l. non fatetur. ff. de confess. 5 Praxis Archiep. Neap. cap. 1. nu. 3. 6 Pius V. in forma significauit.

1 Sic seruat Summ. Pont. in rescript. in forma significauit, ita Pius V. in Const. incip. Sanctissimus, in eius Bull. nu. 103. die 27. Iunij Anno 5.

per prædictis, [2] nisi ex aliqua causa nobis aliter visum fuerit. [3]

3 Prax. Archiep. Neapol. cap. 1, n. 4. & cap. 2. n. 1. ver. nec principalis.

DECRETVM IV.

IN monitorijs non dicatur, quicumque sciuerit, fuisse talia bona furto subtracta reuelet, vel quis talia bona iniustè detineat, sed tantùm cum modestia dicatur. Quicumque sciuerit, apud quem reperiuntur talia bona, vel qui ea acceperint, reuelet, vel detinentes restituant, [1] iuxtà formam positam in fine harum Constitutionum. [2]

1 Pius V. loc. cit. praxis d. c. 1. nu. 6.
2 Si vis scire, quis nō teneatur reuelare vide Petr. Foll. in prax. crim. Can. ver. testibusq. diligenter examinatis, n. 29. Pau. Piacel. in prax. epis. par. 2. c. 4. nu. 84, tit. de pœnis.

DECRETVM V.

CVratus non publicet huiusmodi litteras monitoriales à die Dominico Palmarum vsque ad octauam Paschatis inclusiue, & à Dominica vltima Aduentus, vsque ad Epiphaniam Domini inclusiuè, [1] sub pœna trium ducatorum.

1 Prax. Archiep. d. cap. 1. nu. 16. in fin.

DECRETVM VI.

REuelationes, si quas habuerit Parrochus, ad nos suo sigillo obsignatas per aliquem Clericum remittat, numquam autem illas concedat parti sub pœna carcerationis arbitrio nostro, aduertant autem facientes reuelationes, vt non deponant fallum, alias punientur arbitrio nostro, etiam pœna fustigationis, iuxta delicti qualitatem.

DECRETVM VII.

COpia reuelationum non concedatur à Cancellario nostro, quando continent infamiam, & semper cum clausula, quod non possit, nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantùm agi, & aliter reuelatio ipsa, neque in iudicio, neque extra iudicium fidem faciat, [1] ac insuper Vicarius noster imponet pœnam excommunicationis latæ sententiæ parti, & Iudici, si dictis reuelationibus vtantur in criminalibus vltrà earum nullitatē, vt supra.

1 Sic seruat Cur. Ro. in forma significauit, ex constit. Pij V. cap. Tholos. q. 412. Angelica, ver. testes, §. 26. Petr. Foll. loc. cit. n. 34

DECRE-

DECRETVM VIII.

QVando impetratur à Summo Pontifice rescriptum in forma significauit, non potest ei aliquid addi, nec minui, sed est publicandum de verbo ad verbum, non alterando sensum, sermonem, nec verba dicti rescripti, sed pro idiotis potest publicari materna lingua, seu vulgari, vt à Sacra Cong. Cõc.[1] rescriptũ est. 1 Prax.loc.cit.nu.11. prope finem.

DECRETVM IX.

CVratus, habito nostro decreto super fulminatione, seu aggrauatione excommunicationis die Dominico sequenti, vel alio die à nobis declarando inter Missarum solemnia, dum ibi Populus frequens est post Offertorium, & si ipse non celebret, superpelliceo, stolaq. indutus, notificabit Populo nostrum decretum, deinde aliqua dicet de grauitate huiusmodi Ecclesiasticæ censuræ; posteà verò seruabit formam in fine harum Constitutionum, à nobis præscriptam, aduertat autem Parrochus, vt pro tali fulminatione nihil prorsus etiam à sponte dante recipiat, nec promulget per loca publica, nec verba alia addat, quam à nobis inferiùs præscripta. Volumus tamen, quod exemplum nostri Decreti in Ecclesiæ foribus, & alijs locis publicis affigatur.

c. curæ, 11.q.3.

DECRETVM X.

GRaue, atque immane facinus est, infantes per impudentiam eorum suffocari, qui eos ne annum quidem natos in cubili nulla cautione collocant, & ideo vt tali periculo occurratur; Disponimus, quod quæcumque mulier, siue alius [2] infantem anno ætatis non expleto, secum in lecto iacentem retinuerit, excommunicationis pœnam incurrat; [3] quod si mors secuta fuerit infantis, non absoluatur nisi publica, eaq. graui à nobis imposita pœnitentia, quæ cæteris exemplo sit, & ob id Parrochus sæpe populum moneat, ne huiusmodi infan-

1 c.consuluisti, 2 q 4. c.de infantibus, de his qui fil.occid.Abb. & Zabar.c quæsitum, de pœnit.S.Carol.tit. de pœnit. cap. 33. & hoc tit.cap.vlt.
2 S. Carol. hoc tit. cap.vlt.
3 S.Carol. vbi supra.

tes secum in lecto vnquàm teneat,[4] idem disponimus in illis, qui matrem, vel nutricem id facere coegerint.[5]

4 S.Carol. de pœnit. cap.34.
5 S. Carol. hoc tit. cap.vlt.Io.Gerson de vita Prælat. cap. 1. col.3.

DECRETVM XI.

QVoniam ad Episcopum spectat executio piarum dispositionum, vt decreto Sacri Concilij Tridentini,[1] & alijs etiam Constitutionibus cautum est.[2] Ideò volumus, ac mandamus, quod Notarij rogati de testamentis, vel alijs vltimis voluntatibus, ac donationibus ad pias causas, siue pro malè acquisitis, vel furto sublatis, vel de Episcopo relictis teneantur infrà trium mensium spatium à die scientiæ mortis testatoris Episcopo significare dispositionem prædictam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ,[3] teneanturq. sub eadem pœna permittere, vt Episcopi nomine dispositiones prædictæ coaquiri possint:[4] & hoc decretum Curati quolibet Anno in Dominica vltima Aduentus, & quinta Quadragesimæ inter Missarum solemnia debeant publicare.[5]

1 Sess.22.cap.8.
2 c.si hæredes,vbi Couar.n.4.c.Ioannes, c. tua nobis. c. nos quidem, de test. Fed. de Sen. cons.95.incip.super dubit.Bal.l.nulli, in fin. C. de Episc. & Cler. Henr.de syn.Episcopi,ar.1.concl.13 n.171 & 231.Io.Bertacch. tract. de Epis. par.6 tit.de auctor.& pot. Episc. circa vltimas voluntates.
3 S.Carol. de testam. cap.3.in 3.par.in titulo formulæ variæ.
4 S.Carol.loc.cit.
5 S.Carol.vbi supra.

DECRETVM XII.

AD excommunicationem ferendam ab homine deueniri non possit, nisi semel personaliter reus citetur, vel bis, domi dimissa copia,[1] & hoc modo processus validus sit, & iuridicus.

1 Const.Synod.Neapol.n.57. Ritus eiusdem Curię,n.17.Afflin cõstit.Reg.citationis litterę,col.1.Petr. Foll.in praxi crim. canonica, ver. reperti culpabiles n.20.

DECRETVM XIII.

ET vt isti vinculo excommunicationis publicè innodati, absolutionem quamprimùm quærant, mandamus, quod proprius Parrochus excommunicatos iam denunciatos frequenter eos moneat, & ab omnibus vitandos esse doceat,[1] & ob id eorum nomina in libro scripta habeat sub pœna arbitrij, cumq. tales absoluti fuerint, in libro absolutio notetur iuxtà notulam excommunicationis.

1 c. Curæ, 11. q. 3. Conc.Prouin. & Syn. Diœces.Beneuen.fol. 179. Praxis Archiep. Neap. cap.8. nu.4. S. Carol. Synod. Diœc. Mediol.2.decreto 19. Abb.& alij in c.pastoralis,§.verum,de appell.

TITVLVS XVII.

De Conuentu Sacerdotum, & Clericorum pro Casibus conscientiæ discutiendis.

DECRETVM PRIMVM.


ONSIDERANTES vtilitatem, & fructus, qui ex Congregationibus [1] inter Curatos, Canonicos, & Confessarios, ac Clericos in sacris, & benefitiatos etiam Regulares, qui confessionibus audiendis præpositi existunt super casibus conscientiæ fieri solitis oriuntur, huiusmodi salutare institutum confirmantes. Mandamus, vt quolibet mense, exceptis mensibus Iulij, Augusti, Septembris, & Octobris ob æstiuos calores, & recollectas fructuum; Omnes Curati, Canonici, & Confessores, ac Clerici omnes in sacris, & beneficiati, & Regulares [2] vt suprà conuenire debeant, & præmissa Oratione sancti Spiritus à Præfecto recitanda super casibus, qui ad minus 3. esse debeant per turnum, vt consuetum est, proponendis, tractare, votumq. suum, ea, qua decet modestia exponere, dato tamen voto, nè ampliùs cuique loqui liceat, sed silentium omnes obseruent, discussioneq. finita, ac habita resolutione, repetita oratione, quæ pro gratiarum actione assignatur, & alia pro benefactoribus viuis, atquè Defunctis Conuentus dimittatur, [3] Præfectus autèm dictæ Congregationis teneatur infrà octo dies decisiones casuum propositorum, vt suprà ad Vicarium nostrum Generalem, vel alium in hac Ciuitate à nobis eligendum trasmittere sub pœna arbitrio nostro, ad quam etiam teneantur, qui absquè legitima causa, quam probare debent interesse, [4] & ipse Præfectus, qui Congregationem indicere, ommiserit. Volumus tamen, & expresè declaramus, quod qui non fuerint præsentes resolutioni primi casus, pro absentibus habeantur.

1 S. Carol. de vit. & hon. Cler. cap. 23.

2 Ita cẽsuit S.C.Episc. quãdo Regulares habent curam animarũ, & ita obseruatur in hac Ciuit. & Diœcesi.

3 S. Carol. in tit. de his quæ fiũt à maior. parte Capit. cap 2.

4 S. Carolus par. 2. in tit. errantes, vt infrà sigillatim notati fol. 859. ver. qui verò, &c.

DE-

DECRETVM II.

CONgregationes prædictæ habeantur in hac nostra Ciuitate in Terris Arpini, Albeti, Sancti Donati, Vallis Soranæ, & Ciuitellæ, conueniant autem omnes vltrà in dictis locis commemorantes hoc ordine; ad hanc nostram Ciuitatem, Clerici vt suprà de Terra Pesculi solidi, Brocci, & Campuli.

Ad Arpinum illi de Terra Insulæ Fontanæ Castellutij; Ad Albetum illi de Terra Vici albi, Postæ Casaluerij, de Sclauo, & de Casali.

Ad Sanctum Donatum illi de Terra, septem Fratrum Picineschi, & Gallinarij. Ad Vallem Soranam illi de Terra Sancti Ioannis de Collibus, Sancti Vincentij, Morrei, Castelli, Rendinariæ, & Arcis Viuorum: Ad Ciuitellam illi de Terra Pesculi Canalis, Canistri, Metæ, Morini, & Ciuitæ Antinæ; Præfecti in dictis locis à nobis deputabuntur, qui etiam debeant quolibet mense sub prædicta pœna, & alijs nostro arbitrio nobis notificare eos, qui Congregationi non interfuerunt cum expressione causæ, si fuerit per eos allegata.

TITVLVS XVIII.

De Vassallis, seu Fæudatarijs Soranæ Ecclesiæ.



HABET Sorana Ecclesià Vassallos, seu Fęudatarios, ad seruitia personalia obligatos, & ideò statuimus, quod sine nostra licentia in scriptis nullus officialis laicus, cuiuscumquè status, vel conditionis existat, audeat, vel præsumat, eis aliquod officium, seu onus imponere; [1] Qui Vassalli si debitores Ecclesiæ fuerint, à nobis compelli debent: [2] Et si ab hac nostra Ciuitate recesserint, res ipsas, quas ab Ecclesia tenent eidem restituere per Nos compellantur, [3] nec alibi in causis Ciuili-

1 Extat Const. Honorij Papæ I. de qua in prag. 2. Reg. Ferdin. in tit. de Cler. seu Diac. Salu. & est cap. Regni 100.

2 Vt in eadem Const. & est Capitulum Regni 107.

3 In eadem Cõst. Papæ Honorij, & est capit. Regni 108. Paris. de Put. de Synd. tit. de excess. Baro. n. 33. Capic. dec. 118 latè.

uilibus conueniri possunt, nisi in nostro Tribunali 4 & omnes hæredes infrascriptorum in Fæudo censeantur, & sint Ecclesiæ Soranæ Vassalli. 5

4 Est capit. Regni 106. & est Const. Honorij III. §. item quod Iustitiarij.

5 Extat Const. Synod. huius Ecclesiæ de anno 1515. die 23. Octobris in Pergameno, & authenticata manu, & signo notarij, & est de Iure communi, cum sit fæudum hereditarius, & non dignitatis Iul. Clar. §. fæudum quæst. 44.

Nomina familiarum Vassallorum, seu Fæudatariorum.

Omnes de familia Sauona.
Filij Sebastiani Serrapiglia.
Filij Ioannis Baptistæ Stafferij.
Filij Gregorij Cypriani.
Dominicus Antonius Orlandus.
Omnes de familia Macciochæ.
Omnes de familia del Giglio.
Angelus filius Dominici Spoglia.
Io. Euangelista aliàs Litta Ballo.
Filij Venantij Corona.
Guidobaldus Corritore.

Hoi etiam in Synodo nuncupata anni 1669. in Appendice pag. 106.

PARS III.



FORMVLE, & Editti, de quali si è fatta mentione nelle Constitutioni, & vogliamo, che doppo doi mesi dall'impressione oblighino tutti, come se fossero intimate à ciascheduno personalmente.

Omnes infrascriptæ formulæ sunt impressæ in Vrbe latino sermone de anno 1595. apud Impressores Camerales.

Primo libro de Battezati si habbi nelle Chiese, doue si Battezza.

Ogni Curato deue hauere questi tre libri.

Secondo libro de Cresimati si habbi nelle Chiese, doue si Cresima.
Terzo libro de Matrimonij.
Quarto libro del Stato dell'Anime.
Quinto libro de Morti, quale si hauerà in ogni Chiesa doue si sepelliscono Morti.
Sesto libro de Messe, quale se habbi nelle Chiese, doue si dicono Messe per obligo.

For-

Forma di scriuere li Battezati.[1]

Adi 10. Aprile 1610.

IO N. Rettore,[2] Abbate, ò Curato della Chiesa di Santo N. hò battezzato B. figlio, ò figlia di Francesco di Simone, & di Restituta di Pietro Consorti della Città di Sora, nato à di . . . . . . al quale si è posto nome Geronimo, ò Restituta; Compare è stato N. figlio di B, e Francesca figlia di N. della Terra dell'Isola.

Se l'infante non sarà nato di legitimo Matrimonio, si scriuerà il nome del Padre, e Madre, se saranno certi, ommessa quella parola, Consorti, ouero di vno, che sarà certo.

Mà se non si saperà il nome del Padre, nè della Madre, ouero non vorranno, che si sappia, scriuerà, come appresso: Io N. Curato, &c. hò battezzato B. figlio, ò figlia, il Padre, e Madre del quale sono incerti, nato, ò nata adi . . . . se constarà il giorno, il resto seguiti come di sopra.

Se l'infante sarà esposto, ouero proietto, si esprima il luoco, & il giorno, nel quale è stato trouato, e di quanti giorni verisimilmente sia, e si battezzi sotto conditione, se non si saperà esser battezzato.

Se l'infante per pericolo di morte sarà stato battezzato, si scriua in casa, come da basso Adi . . . mese . . . anno è nato N. figlio di B. & C. consorti, quale, perche staua in pericolo di morte, fù battezzato in casa da N. Mammana approuata, ò da N. (se altro non sarà stato il battezzante) Compare, e Commare fù N. & N. come mi hà referito B.

Se l'infante soprauiuerà, e sarà pòi esorcizato, & catechizato, & fatto tutto quello, che commanda il Rituale, si aggiongerà.

Adi . . . del sudetto mese fù portato alla Chiesa il sudetto figliuolo, al quale Io N. Curato hò fatto tutto quello,

1 Origo scribendi Baptizatos antiquissima vide Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 51. nu. 54. Talis liber plenè probat ætatē Verall. dec. 314 par. 1. Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 672. Ioseph. Ludou. decis. 55 n 7 Mandos. in 18. Reg. Canc. de ætat. q. 10. Sfor. Odd. de restit. in integr. q. 37. n. 83.

2 Formam ponit Rebuf. super const. Gall. to. 2. tit. de Regest. Baptiz. ar. 1. gl. 1. & 2.

quello, che si cōtiene nel Rituale, e gli hò posto nome N.

Se per dubio che l'infante non sia stato battezzato bene in casa, parerà di battezzarlo in Chiesa, con conditione (si non es baptizatus) & si battezzarà, come si deue fare, ne perciò si può dire, che si reiteri il Battesimo si scriua così. A dì . . . mese . . & anno . . N. figlio di N. nato a dì . . del presente mese fù battezzato in casa da N. perche (come fù detto) staua in pericolo di morte, fu portato in questa Chiesa da N. acciò si supplissero le solite preci, e ceremonie, ma perche hauendo Io N. Rettore ricercato diligentemente della forma, e modo, tenuto nel battezzare detto figliuolo, hò dubitato della validità del Battesmo, conferito in casa, perciò fù detto figliuolo, ò figliuola da me battezzato, ò battezzata con conditione (si non es baptizatus) & postoli il sudetto nome, compare fù N. come di sopra nella prima formula.

Se il Sacerdote, che battezzarà, non sarà il proprio Parrocho, si dica da chi è fatto con esprimere la facultà, con la quale quel Sacerdote hauerà battezzato.

Si auuerta, che se bene non è necessario notare l'hora della natiuità, ne li testimonij nondimeno è bene farlo.

Ciascun Rettore, ò V. Rettore sia tenuto nel tempo che si farà il Sinodo, portare, & consegnare la copia de' Battezzati in quell'Anno sottoscritta da esso Curato al Mastro d'Atti della nostra Corte Vescouale, quale conseruerà nell'Archiuio di detta Corte, e quello che mancarà, sarà punito grauemente; e non facendosi il Sinodo ogni anno si debba portare detta copia per tutto il mese di Gennaro di ciascheduno anno, poiche molti libri de' Battezzati sono persi.

Forma di scriuere li Confirmati, ò Cresimati nel secondo libro.

A Dì . . . Mese . . . Anno . . . B. figlio di N. & B. Consorti, fù confirmato nella Chiesa N. da Mon-

 signor

signor Reuerendiss. Vescouo, compare N. commare B. C Se il Confirmato non sarà nato di legitimo matrimonio, si lasci, Conforti, & si osserui quanto si è detto nella forma de' Battezzati, si scriuino in vna parte del foglio li maschi, nell'altra le femine.

Forma di scriuere li Matrimonij nel terzo libro.

A Dì.. Mese.. Anno.. fatte le tre solite denuntie in tre giorni di festa, cioè adi 4. 11. 18. del presente mese nella Chiesa Parrochiale di S. N. trà la solennità della Messa, ne vi essendo scoperto alcuno impedimento Io N. Rettore di questa Chiesa Parrochiale, hauendo interrogato B. figlio di C. della Terra di N. & F. figlio di D. della Terra di N. & hauuto, & inteso il loro scambieuole consenso gl'hò congiunti solennemente, & legitimamente in Matrimonio per parole di presente, secondo la dispositione, e forma del Sacro Concilio di Trento nella Chiesa sudetta, presenti l'infrascritti testimonij N. di N. habitante, & B. di N. habitante; poi furono da me, secondo il rito di S. Chiesa benedetti nella celebratione della Messa. E queste vltime parole si aggiongeranno tutta volta che si benediranno, e si douerà fare, quando ambidue siano vergini, e nelle prime nozze, ma quando nõ siano tali, e che perciò non si possono benedire, si dirà, li quali non furono benedetti nella celebratione della Messa, perche &c. esprimendo la causa, per la quale sarà stata ommessa la benedittione.

Se vno di questi, che vogliono contrarre Matrimonio, sarà di altra Parrochia, douerà il Parrocho, auanti proceda al contratto del Matrimonio, come di sopra, hauere la fede, sottoscritta dal proprio Parrocho, quale douerà seruare nella filza, e si scriuerà il tutto nel libro de' Matrimonij in questa forma.

Le denuntie di questo Matrimonio sono anco state fatte dal R. D. N. Parrocho di S. N. sotto la quale Parrochia

rochia habita detto F. come appare per fede di detto Parrocho, seruata nella filza la prima denuntia fatta a dì... la seconda a dì... la terza a dì... trà la solennità delle Messe nella detta Chiesa Parrochiale, ne si è manifestato alcun impedimento.

Ma se vno de' contrahenti sarà d'altra Diocese, il testimonio del Parrocho d'esser state fatte le tre denuntie legitimamente sia di nessun momento, se non sarà comprobato con sottoscrittione, e sigillo di quel Vescouo, ò suo Vicario, quale si douerà presentare à noi, ò nostro Vicario, con fare riconoscere la mano, & il sigillo, e di più da esso sia ottenuta licenza di contrarre il Matrimonio, del quale si tratta.

Quando per licenza di Monsig. Reuerendiss. Vescouo, ò suo Vicario generale, della quale deue constare in scriptis, quale si deue conseruare nella filza del Curato saranno tralasciate alcune denuntie, douerà il Curato notare nel seguente modo.

A dì... Mese... Anno... si è fatta vna denuntia, e l'altre lasciate per ordine di Monsig. Vescouo, ò suo Vicario, sotto li... quale si conserua nella filza, & per non si esser trouato alcun impedimento Io N. Curato, &c. come nella prima forma.

Et quando si doueranno fare le denuntie dopò contratto il matrimonio per ordine, come di sopra, douerà il Curato scriuere come segue.

L'altre publicationi, ò denuntie del sudetto Matrimonio trà N. & B. contratto, furono poi fatte da me a dì... del mese nella Messa come di sopra, e non si è scoperto impedimento alcuno, che renda il detto matrimonio irrito, ò nullo.

Se per licenza, come di sopra, occorresse differire, ò tralasciare tutte le denuntie, si scriua così.

Pretermesse le solite denuntie, ouero differite per licenza, & autorità da Monf. Reuerendiss. ò suo Vicario, come nella filza, Io N. Rettore, come nella prima forma.

Se altro Prete con licenza di Monſ. Reuerendiſs. Veſcouò, ò ſuo Vicario generale, ò del ſuo proprio Curato, qual licenza douerà apparire in ſcritto, & conſeruarſi in filza, come di ſopra, interuerrà alla celebratione del matrimonio, s'annoterà nel libro, come appreſſo.

A dì . . Meſe . . Anno . . Fatte le ſolite denuntie, ſeguitando ſino à quelle Parole, Io N. Rettore, in loco de quali ſi dirà: Io N. Prete, ò Rettore, ò Cappellano della Chieſa N. con licenza di Monſig. Reuerendiſs. Veſcouo di Sora, ò del ſuo Vicario, ò del R. N. quale è appreſſo il detto Rettore in filza, hauendo interrogato l'vno, e l'altro, ſeguiti come di ſopra.

Se doppo le denuntie fatte, ſi farà trouato, che li ſpoſi frà di loro ſiano congionti in qualche grado di conſanguinità, ò affinità, ò ſi farà ſcoperto altro impedimento legitimo, e che poi ſiano ſtati, con autorità Apoſtolica, ò altra, diſpenſati, ſi annoterà il grado della conſanguinità, ò affinità, ò l'impedimento diſpenſati, e la ſoſtanza del decreto, dato ſopra la detta diſpenſatione, col giorno, meſe, & anno, il nome del Notaro, rogato nell'infraſcritto modo.

A dì . . . del meſe . . . Anno . . . Premeſſe vna, ò più denuntie (ſe più ſaranno ſtate fatte) in giorni di feſta, cioè il dì . . . & il dì . . . nella Meſſa Parrochiale nella Chieſa di S. N. del Matrimonio da contraerſi frà B. & D. eſſendoſi ſcoperto, che frà di loro erano congionti in terzo, e quarto grado di conſanguinità, ò affinità, ò qual impedimento, che vi ſarà, eſſendo ſtati diſpenſati dal Sig. Vicario de Monſig. Reuerendiſs. Veſcouo di Sora, per vigore del mandato di diſpenſa, ottenuto da loro dalla Sede Apoſtolica, e ſi eſprimi la cauſa, ò per ſtrettezza del luogo, ò per modicità di dote, ò ſe altra cauſa ſia ſtata eſpreſſa nel mandato, ò diſpenſa ſotto il dì . . del preſente meſe, come conſta per l'atti del Cancelliero della Corte Veſcouale, e fatte dipoi l'altre denuntie, come di ſopra il dì . . ne eſſendoſi ſcoperto altro impedimen-

dimento, Io D.N. Curato della Chiesa sudetta hauendo interrogato, &c. vt supra.

Mà se occorresse, che de licenza di Monsig. Reuerendiss. Vescouo, ò suo Vicario il matrimonio si celebrasse in casa, in cambio di dire, li hò congionti solennemente in Chiesa, si ponghi gli hò congionti in casa di N. posta nella Parrochia di S. B. con licenza scritta da Monsi. Reuerendiss. Vescouo, ò suo Vicario, la quale hò appresso di me in filza, il resto si scriua, come nelle formule precedenti.

Formula di denuntiare li Matrimonij.

SI notifica alle Carità vostre, come Francesco di N. di questa Città di Sora è per contrarre matrimonio con Restituta di N. della Terra d'Arpino, e però s'alcun di voi sapesse, che frà di loro vi fusse impedimento di consanguinità, ò affinità, ò di cognatione legale, che nasce dalla adottione, ò di cognatione spirituale, che nasce da Battesmo, ò dalla Cresma, ò vi fusse altro Canonico impedimento è tenuto in conscienza, à notificarlo à me Curato, ò à Monsig. Reuerendiss. Vescouo, ò suo Vicario, sotto pena di peccato mortale.

Formula della fede, da farsi da' Curati delle denuntie fatte.

A di . . . . Mese . . . . Anno . . . . .

SI fà fede per me Don N. Curato della Chiesa di S. Restituta della Città di Sora, come hò denuntiato nella detta mia Chiesa il matrimonio, da contraersi frà Nicolò di N. mio Parrochiano, e Francesca di N. della Parrochia di S. Bartolomeo della medesima Città in tre giorni festiui, conforme all'ordine del Sacro Conc. di Trento, cioè alli 4. 11. & 18. del corrente mese, ne si è scoperto alcun impedimento. Et in fede, &c.

Io Don N. hò scritto quanto di sopra.

Del

Del libro per scriuersi lo stato dell'Anime di ciascuna Parrochia.

Sup. de off. Parochi, seu Curati decr. 3. par. 2.

ESsendo stato ordinato nel Sinodo, che ciascun Parrochiano deue frà gl'altri prouedere d'vn libro ben ligato con carte numerate, per notarui tutte le fameglie ad vna per vna della sua Parrochia, & di ciascuna fameglia tutte le persone à nome. Hà pensato Monsi. Reuerendiss. Vescouo per maggior chiarezza, e facilità de' Parrochiani di questa descrittione, & annotatione darne la formula, nella quale, come di sotto si douerà anco specificare il cognome, la patria, l'età, l'arte, ò professione di ciascuno, e come sia di quella fameglia, cioè se sia figliuolo, fratello, seruente, ò altro, lasciando spatio frà vna fameglia, e l'altra, in modo, che si possino aggionger quelli, che nasceranno dopò, ò diuentaranno in qualsiuoglia modo di quella fameglia, notando di più le persone ammesse al Santissimo Sacramento della Communione con questo segno Co. in margine, che vuole dire Communicato, le Cresimate con questo segno Cr. che vuole dire Cresimato, & i morti con questo segno †, e quelli, che partendosi da quella fameglia, andaranno ad habitare altroue, con tirare vna linea sotto il nome loro in questo modo.

Alli . . . del Mese . . . . dell'Anno.

Nel Casale, nel tal luogo, ò Cortiglio, Felice nella propria casa habita; e se la casa sarà d'altri, si dirà nella casa di N. habita.

Pietro di Gio. d'anni 40. CO. CR.
Lucretia di Gio. sua moglie d'anni 35. CO. CR.
Simone lor figliuolo d'anni 10.
Restituta lor figliuola d'anni 12.
Paolo fratello di Pietro d'anni 30. CO. CR.
Francesco seruitore d'anni 20. CO. CR.

Quando alcuno morirà, si segnarà nell'imargine la Croce incontro al nome di Pietro.

For-

Formula di ſcriuere i Morti.

A dì . . Meſe . . Anno . .

FRanceſco di Pietro di Sora d'Anni 20. morto queſta notte paſſata à hore 6. fù confeſſato da me N. ſuo Parrochiano, ouero da altri, e ſi ponga il nome del Confeſſore il dì 25.communicato il dì 26.hebbe l'eſtrema vntione il dì 27.del preſente meſe, e li raccomandai l'anima con le ſolite orationi poco prima, che moriſſe, & hoggi il ſuo corpo è ſtato ſepellito nella Chieſa di S. Reſtituta nella ſepoltura de' ſuoi maggiori.

Se alcun Parrochiano morirà fuora della Patria ſua, hauuta la certezza della morte il Parrochiano, ò vero Curato noterà nel ſuo libro da chi l'hà inteſo,con notare il giorno, meſe, & anno, purche ſi ſappi da perſone degne di fede nel ſeguente modo. A dì . . meſe . . Anno. Io N. Rettore di S.N.hò inteſo da B. perſona degna di fede, che B. è morto nella Città N. il giorno, &c. e ſepolto nella Chieſa di S.N.

Se il morto non hà hauuto ſepoltura Eccleſiaſtica ſi noterà come ſegue. A dì . . meſe . . & Anno . . . N. figliuolo di N.d'anni 30. è morto queſta mattina à hore dieci, non è ſtato ſepellito in loco ſacro, perche era ſcōmunicato,ò interdetto,ouero ſi eſplichi la cauſa, per la quale li ſia ſtato denegata la ſepoltura Eccleſiaſtica. Sup. de exequijs, & ſepult.decr.12.par.2.

Forma di ſcriuere le Meſſe dette per obligo.

EGo N. Miſſam celebraui ad Altare S.N. ex obligatione, ponatur titulus, puta, legati beneficij, die, menſe, &c.

De ordine miniſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ.

COnfeſſarius ſuperpelliceo, & ſtola indutus priùs genibus flexis orat,vt tanto poſſit myſterio ſatisfacere,tum has quoque preces adhibet pro opportunitate. S.Carolus tom.2. fol. 244 licet ſit breuior oratio hìc inſerta.

℣. Cor

℣. Cor mundum crea in me Deus.
℟. Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
℣. Docebo iniquos vias tuas.
℟. Et impij ad te conuertentur.
℣. Exurge Chriſte, adiuua me.
℟. Et libera me propter nomen tuum.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui omnes homines vis ſaluos fieri, ſuſcipe orationem meam pro famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt vt des illis ſpiritum compunctionis, & ad te per dignam ſatisfactionem conuertantur. per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Forma abſolutionis ſeruanda ab vnoquoque Confeſſario in Ciuitate, & Diœceſi Sorana.

DOminus [1] noſter Ieſus Chriſtus per ſuam miſericordiam te abſoluat, & ego auctoritate ipſius abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in quantum poſſum, & indiges, & eadem auctoritate ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Poſtea in delictorum ſatisfactionem ſubiungat. [2] Paſſio D. N. Ieſu Chriſti, & merita B. Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

1 Sacerdos capite cooperto manu dextera ſupra caput pœnitentis eleuata, & extenſa abſoluit, & dum dicit, In nomine Patris, &c. Crucis ſignum dextera format verſus pœnitentem.
2 Tũ ſacerdos aperto capite, & manibus iunctis dicit.
S. Carol. tom. 2. tit. Inſtruct. pœnit. §. ordo miniſtrandi ſacramentum Pœnitentiæ. fol. 345.

In Reconciliatione.

SI teneris aliquo vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, à quo poſſum te abſoluere, Ego abſoluo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Item abſoluo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Tem-

Tempore Iubilei, & aliarum gratiarum forma.

SI teneris aliquo vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti in quantum possum auctoritate mihi commissa, & tibi concessa, ego absoluo te, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Deinde absoluatur à peccatis, vt suprà.

Si in Iubileo continetur, quod possit dispensari ab irregularitate, Confessarius statim addat.

Item eadem auctoritate ego dispenso tecum super irregularitate, seu irregularitatibus, si quam, vel si quas contraxisti, & habilito te executioni ordinum, & officiorum tuorum, & immediatè prosequatur absolutionem à peccatis suprà positam.

In articulo mortis, si moribundus gaudet priuilegio, vt gaudent omnes descripti in societatibus Corporis Christi, Rosarij, & alijs, qui habent Indulgentiam plenariam in articulo mortis, tunc Confessarius post absolutionem à censuris, & à peccatis, vt supra, dicat hoc modo.

Auctoritate D. N. Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, qua fungor, & ex speciali gratia tibi concessa, & mihi commissa concedo tibi omnem Indulgentiam peccatorum tuorum, quam possum concedere, virtute cuiuscunque tuæ gratiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.



PRIMVM ÆDICTVM.
Super Visitatione.

Hieronymus Ioannellius Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Soranus, ac eiusdem Sanctæ Sedis Delegatus.



VONIAM in nostra Visitatione multa inuenimus, quæ correctione egent, & emendatione, ideò infrascripta decreta generalitèr in omnibus Ecclesijs nostræ Diœcesis obseruari, mandamus sub pœnis, nobis benè visis.

